



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Dispvtatio IV. De Matrimonij impedimentis, eorūmque dispensatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

*exp. 9. num. 8. 4. Nauarr. conf. 1. & 32. de sponsalib. in noua edit. Petr. de Ledeim. de matr. quæst. 4. art. 5. et cetera. ante vii. num. dubium. Sanchi. Bonac. Reginac. Coninch. Gaspar Hurtado. Barboſa loc. alleg. testanturque plures ex iis Doctoribus, videlicet Nauarr. Sanchi. Petrus de Ledeim, Coninch. Hurtado. Pium V. sic declarasse, & sacrae penitentiarie prætorium ea declaratione frequenter vti. Rationem huius conclusionis, quando impedimentum se tener ex parte vnius tantum, affert plures ex dicitis Doctoribus esse, quia Conc. Trident. formulæ obligat ad præsentiam Parochi, & testibus apponendam matrimonio celebrato: at in præsenti non matrimonio celebratur, sed eiu defecus suppletur sublatu metu, vel fictio. Hæc tamen ratio mihi displicet. Nam ut ex superioribus constat, matrimonium quod nullum fuit ex impedimento se tenente ex parte vnius, consensu viriisque est renouandum, ac proinde cum de facto renouari non solum matrimonij defectus suppletur, sed verum matrimonium fit. Quare ratio vniuersa conclusionis ea est, quia finis Conc. Trident. *eff. 24. cap. 1. de reformat. statutis*, non matrimonia sine Parochio & testibus celebrantur sunt impedita valorem matrimonij, quod antiquo iure clandestinum erat, & ex quo sequi poterat illud gravissimum inconveniens, quod coniuges ad alias nuptias transirent, vt constat ex processu predicti decreti. At occulto impedimento ligatus contrahens matrimonium in facie Ecclesiæ, nunquam prohibitus fuit cogniti nullitate secreto matrimonium renouare, neque illud matrimonium sic realitatem iudicatum fuit clandestinum, neque ex illo oritur poterant inconvenientia, quæ à Concilio ponderantur. Ergo hoc matrimonium sub prædicto decreto comprehensum non fuit, ac proinde tanquam casus omisus metiri debet juris communis regulis. Et confirmatur, quia solam illud matrimonium censendum est clandestinum, quod Ecclesia clandestinum reputat. At matrimonium coram Parochio & testibus celebratum, nullum tamen ob occultum impedimentum, quo d postmodum secretè realitatum, nunquam Ecclesia illud iudicat, nec iudicare potest clandestinum esse, sed æquè iudicat illud legitimum; ac quodlibet aliud matrimonium. Ergo hoc matrimonium in prædicto decreto Concilij non irritatur.*

*3. Notanter dixi impedimento occulto: nam si publicum est, eo quod multi impedimenta scient, vel ad forum contentio sum sit deductum, vel saltem sit impedimentum, quod plenè probari potest duobus in quaestibus iuxta c. quovis de Testibus, teste Malcard. de probat. conclus. 4. 10. num. 19. iunctio num. 9. qui testes debent esse omni exceptione maiores, vt docet idem Malcard. consl. 1. 02. 3. num. 4. necessarium realitandum est matrimonium coram Parochio, & testibus: nam cum hoc matrimonium ad petitionem vnius partis dissoluui possit, non constat Ecclesia firmiter de eius valore, ac proinde vt Ecclesia sic constiteret, vt nullà ratione illud valeat dissoluere, necesse est iterum coram Parochio, & testibus renouari, vt bene adiuvant Henriq. lib. II. cap. 3. num. 6. Sanchi. lib. 2. disputat. 37. num. 11. Coninch. disputat. 24. dub. 10. num. 8. 4. Rebell. lib. 2. quæst. 9. Gaspar Hurtado. dis. 3. difficult. 1. num. 4. 3. Non tamen dicendum est impedimento esse publicum, cum tres vel quatuor scient impedimentum solum ex relatione coniugis, quia eorum scientia non praestat sufficientem testimoniū ad matrimonij dissolutionem, cum non sit maioris efficacitatis, quam s' alii, & confessio ipsius coniugis, vt bene notarunt Sanch. & Henr. *sprā.* Qui idem constent & bene si impedimentum sit deductum ad forum contentio sum, & ibi non fuit probatum, nec probari plenè potest, quia in iis casibus Ecclesia iudicat, & iudicare semper debet validum esse matrimonium, nec permitteret coniuges separari.*

4. Præterea inquit Sanch. dicta disputat. 37. num. 10. si Parochus, vel aliquis ex testibus matrimonio necessariis impedimentum agnoverint, matrimonium coram Parochio, & testibus revalidandum esse, quia Ecclesia non plenè constat de eius valore. Nam in tantum constat Ecclesia matrimonium validum esse, quatenus constat Parochio & testibus necessariis, qui nomine Ecclesia matrimonio contrahendo assunt. Excipit eamen Sanch. nisi Parochus ex sola confessione impedimentum nouisset, quia cum non possit eā vt notitia ad testificandum, & probandum impedimentum, reparanda est ac si non esset. Sed rectius contrarium confer Coninch. dicta disputat. 24. dub. 10. num. 8. 4. eo quod Parochus & testes non sunt testes valoris matrimonij, sed contractus matrimonij secundum formam ab Ecclesia prescriptam, quod optimè præstant, tametsi aliquis eorum agnoscat impedimentum dirimens subesse. Non enim ex vi illius scientia, & testimonio matrimonij contractum dissoluere potest, ac proinde semper Ecclesia constabit firmiter validum esse matrimonium.

5. Restat satisfacere rationibus oppositis. Ratio dubitandi ex probatione nostræ sententiae soluta est; dicimus namque hunc casum non esse comprehendens sub dicto Tridentini decreto, eo quod nec ratio, nec finis illius legis ad renouationem matrimonij in facie Ecclesiæ legitime celebrati ex-

tenditur, & consequenter neque ipsa lex. Declarationi Clementis VIII. opponimus declarationi Pij V. ita graibus testibus firmatam. Deinde dicimus in illo casu, sicut in decisione Roræ adducta à Farinacio necessarium erat coram Parochio & testibus renouari matrimonium, quia impedimentum erat admensus probabile, & ex consequenti matrimonium, neque etiam quoad apparentiam subfitebat, vel dic esse necessarium viriisque coniugis confessum coram Parochio & testibus renouari non absolutè, sed al omnem securitatem præstandam, scrupulōsque tollendam. Tandem illa declaratio esto de impedimento omnino occulto, neque probabili, & de necessitate simpliciter loqueretur, esseque authenticæ; non obinde nos cogit illam sequi, quia vim legis non habet, ut pote cui deficit publicatio, sed intra terminos sententiaz cuiusdam grauis Authoris continetur. Privilegio Commissarii generalis Cruciatæ respondemus sapè privilégia concedi, non quia sunt simpliciter necessaria, sed ad tollendam omnem dubitationem. Præterea forte extenditur, ut inquit Coninch. d. dis. 24. dub. 10. num. 90. ad impedimentum occultum cito probabile sit, modò publicum de facto non sit. Ad clausulam, quæ referunt ex facta penitentia responderet Sanch. dicta disputat. 37. num. 9. cito virtute illius commissionis dispensare Confessarius non posse, vt occulè celebretur matrimonium, potest tamen dispensare in impedimento, quo sublate possunt coniuges inter se secretè contrahere, quia ipsi non videntur, obligati ad prædictam formam seuerandam, si alia necessaria non est. Addit illa veiba fœtua formâ Concilij Trident. apponi non in vi conditions, sed in vi monitions, hoc est monetur Confessarius, vt coniugibus præcipiat, vt matrimonium fœtua Trident. formâ celebrent, si id necessarium esse iudicauerit. Non enim videat Pontifice & veila nouum onus his contrahentibus imponere, sed illos monere de onere à Trident. imposito, si forte illud subire teneantur.

Quis autem in prædicto impedimento occulto dispenseat possit, vt coniuges secretè contrahantur? per se solus est summis Pontificis: in eas tamen virginitas necessaria, eo quod non sit recursum ad Pontificem, vel ad aliquem qui vices Pontificis habeat, potest Episcopus, & Legatus à latere, ut hanc dicimus in fine disputationis sequentia.

DISPUTATIO IV.

De matrimonij impedimentis, eorumque dispensatione.

 *Onstat ex Conc. Trident. eff. 24. cap. 4. esse in Ecclesia ob bonum commune, regianque sacramentum matrimonij administrationem, aliqua impedimenta impeditia contrahentur; hoc est quæ impeditum, seu prohibent ne contrahantur, ac si de facto fuerit contractum ratum, & firmum restringunt. Alia appellantur dirimenti, non quia matrimonium validum dirimunt (hoc enim est impossibile) sed quia dirimunt attenuatum impedimentum quæ ne ratum fiat.*

PVNCTVM I.

Penes quem sit potestas statuendi impedimenta, tum impenientia, tum dirimentia?

1. Pontifici concessa est hac potestas.
2. Alteri à Pontifice datum non est matrimonij impedimenta fidelibus statuere.
3. Magistratus ciuiles Christiani nequeunt circa matrimonia fidelium disponere.
4. Optima possunt circa matrimonia infidelium sibi subiurare.
5. Consuetudine mutari, vel constitui impedimenta possunt.

Neminis Catholicorum dubium esse potest penes Pontificem comparatione fidelium potestatem esse statuendi ea impenientia tum impenientia, tum dirimentia, quæ bono communis Ecclesiæ rectèque illius gubernacioni expedire iudicauerit, vt constat ex Conc. Trident. eff. 24. cap. 4. ibi. Si quis dixerit Ecclesiam non posse constitutre impedimenta matrimonij dirimentia, vel in iis constitutis errare, anathema sit. Neque ex hac potestate inferunt posse Ecclesiam matrari, vel formare matrimonij, quas Christus Dominus in Sacramentum eleuavit, aliqua ex parte murare (id enim permisum non est.) Etenim materia & forma Sacramenti matrimonij non est quilibet contractus, sed contractus qui ab Ecclesia validus, & firmus fuerit habitus, non tamen contractus

casus

Disputatio IV.

Aus iuris. & nullus. Pateat autem Ecclesia matrimonij contrahendi inter has, vel illas personas, vel absque hac, & illa solemnitate celebratum irritum, & nullum decernere, aliter factum validum statuerit. Quo posito decreto Sacramentum matrimonij inter illas personas inhabiles, vel absque illa solemnitate ab Ecclesia requisita nullum erit, quia nullus est contractus, cui ratio Sacramenti initii debet.

2. Alteri à Pontifice datum non est matrimonij impedimenta fidelibus statuere: nam esto Episcopi in sua diocesi hanc potestatem haberent ex vi sui muneric, ut docet Couarriu. 4. *decret. 2.p. cap. 6. §. 1.* Sanch. lib. 7. *disp. 1.* Basili. lib. 6. c. 1. in fine. Gaspar Hurtado *disp. 12. difficult. 2. num. 5.* quod negat Sauter. 5. *de censur. disp. 7. sect. 4.n. 5.* Coninch. *disp. 30. dub. 1. n. 3.* & 8. At certum est de facto ea potestare carete, solique Pontifici relegari, vti docent Couar. Sanch. Basili. & Coninch. locis allegatis. Et Paul. Laym. lib. 5. *summa tract. 10. 4.p. 1.* eo quod matrimonij impedimenta statuere censetur causa grauissima, qua merito à prima Sede prouenient debent.

Hinc infestor nullatenus Magistratus ciuilibus Christiani permisum esse circa matrimonia fidelium disponere ea impediendo, vel irritando, aliòmodo morando. Argumentum de ordine cognitionum. Cap. multorum 35. q. 6. *Cap. secundum Apostolum, de secundis nuptiis.* Et colligitur ex Trident. *sess. 24. can. 12.* Quippe matrimonio fidelium Sacramenta sunt, ac proinde eorum dispositio penes Ecclesiam esse debet, ut recte Bellarm. lib. 1. *de matr. cap. 32.* Quapropter eti Coninch. *disp. 30. dub. 1. num. 7.* Sanch. lib. 7. *disp. 3. n. 2.* Henr. lib. 11. *cap. 1. initio.* censent fideles subiectos Principibus Ecclesiis, astringi impedimentis iuxta leges eorum ciuilis statutis, eo quod matrimonium eti Sacramentum sit, est tamen contractus potestati ciuilis subiectus, sicuti omnes alij contractus, longè verius est ab illis impedimentis exemptos esse, & solum impedimenti ab Ecclesia statutis ligari. Tum quia fidelium matrimonium eo ipso quo à Christo in Sacramentum eleutum est desiuit esse contractus ciuilis, & politicus, & fit sacre, & Ecclesiasticus, ac proinde soli Ecclesiae subiectus. Tum quia Ecclesia plurimum intereat, ut omnes eius subiecti uniformes sint in matrimonio contrahendo, credendūque est, ut haec seruerit uniformitas fideles libi subiectos eximere a legibus de matrimonij valore, vel nullitate disponentibus: sicuti tradunt Sotius in 4. d. 42. q. 2. art. 2. Couarriu. 4. *decret. 2.p. 6. §. 1.* Basili. lib. 6. *cap. 2. a. 3.* Laym. lib. 5. *summa tract. 10. 4.p. 1. n. 3.* Gaspar Hurtado *disp. 12. de matr. difficult. 2. num. 7.* Possunt tamen praedicti Magistratus plura decernere, quia matrimonij substantiam nec mutant, neque impediunt, sed sunt illi extrinseca, & accessoria, ut circa dominum, circa arbas, & sponsalitiam largitatem, donationem inter coniuges, & similia, ut bene adiutori Basili. Ponce, lib. 6. cap. 2. in fine num. 5.

4. Contulit dixi non posse Magistratus ciuilares aliquod impedimentum annualans matrimonio fidelium statuere, taret indicarem optimè posse pro matrimonio infidelium qui sibi subduncunt ea impedimenta decernere, quae recte regumni libi visa faciunt coniugem, quia eorum matrimonium est contractus ciuilis, & politicus, ac proinde sicut potestatem habent condendi leges irritantes: alios contractus ciuilis, sic in matrimonio contraire procedere possunt, ut colligitur ex cap. gaudemus de diuinis. Et tradit Glossa in cap. si quis cancellum, verbo legisbus. 29. q. 1. D. Thom. in 4. d. 39. q. 7. *unica. art. 1ad 4.* Paludap. *disp. 26. q. 4. art. 3.* in foliis ad 4. Sotius *disp. 39. in fol. ad 3.* Bellarm. lib. 1. *de matr. c. 2. 1.* Et 2. Sanch. alias relata lib. 7. *disp. 3. a. n. 5.* Basili. Ponce, lib. 6. c. 1. num. 2.

Supercedunt. Aut matrimonij impedimenta à Pontifice statuta tolli confundendae possint, vel alia de novo constitui? Sed huius difficultati abunde satisfacimus tract. 3. de legib. *disp. 3.* de confusione libi enim, specialiter punct. 4. probauimus confundendum legitimè præcipram habere vim abrogandi legem, & aliam denouo constitundi, quia illam abrogat, & constituit ex recto contentio Principis, ut latius tradit in praefenti Sanch. lib. 7. *disp. 4. num. 11.* Et seqq. Basili. Ponce, lib. 6. *cap. 4. n. 6.* Coninch. *disp. 30. dub. 1. a. n. 12.* Gaspar Hurtado *disp. 12. difficult. 2. n. 8.* & alij communiter.

P V N C T V M II.

Quæ sint impedimenta impedientia tantum?

I) Impedimenta impedientia tantum in duplo sunt differentia. Quædam procedunt ex criminis, quædam non. Quæ ex criminis oriuntur his verbis continentur.

Incessus, rapitus sponsatus, mors mulieris.
Suspensus propria sibolis, mors presbyteralis.
Vel si paeniteat solemniter, aut moniale
Accipias: probent hoc coniugium sociandum.

Quæ vero ex criminis non procedunt verbis sequentibus explicantur.

Ferd. de Castro, Sum. Mor. Part. V.

Punct. II. §. I.

121

Ecclesia veritum, necnon tempus feriatum,
Atque cathochismus, sponalia iungito votum.
Impedient fieri, permittunt facta teneri.

§. I.

Explicantur impedimenta impedientia non ex criminis.

1. Expenditur primum impedimentum impediens, quod est Ecclesia veritum.
2. Ex vi huius prohibitionis non irritatur matrimonium, sed solum impeditur.
3. Secundum impedimentum est tempus feriatum.
4. Explicantur materia huius prohibitionis.
5. In prædicta lega nequit alius à Pontifice dispensare.
6. Tempore interdicti, & cessationis à Diuinis matrimonium solemniter celebrari potest.
7. Tertium impedimentum est cathochismus, & qualiter intellegitur.
8. Plures Doctores censent hoc impedimentum iure novo Conc. Trident. sublatum non esse.
9. Communior est sententia opposita.
10. Debet Parochus nomina Patrinorum qui solo cathochismo assistunt in libro notare.
11. Quantum impedimentum est sponsalia, in quo solus Pontifex dispensare potest.
12. Quintum est votum simplex non nubendi, Ordines suscipiendo, ingrediendi Religione, & casitatem seruandi, & qualiter obligat?
13. Proponitur ratio difficultatis, an prædictum, impedimentum obligat, etiam si animus habeas Religionem ingrediendi ante consummationem?
14. Verius est prædictis vota impediare.
15. Si potest aliquod ex prædictis votis virginem deflorari: absque promissione coniugij, voti teneris.
16. Imo esti vi, dole, aut fraude violentes.
17. Si sub promissione coniugij violatio facta est, & ipsa fuit conscientia voti non excusaria à votu. At si ignara fuit, voti executo suscepitur, & matrimonio contractuere debes perita dispensatione.
18. Quid si nullum imperatim dispensatione matrimonium contrahis.

Primum impedimentum impediens tantum enumeratur, x Ecclesia veritum, hoc est quando à Pontifice, vel Episcopo, seu eius iurisdictionem habente, in id & à Parocho, ut placet Paludap. in 4. d. 34. q. 1. art. 1. concil. 4. Sylvestro verb, Matrimonio. 7. q. 1. numero 2. Nauarr. cap. 22. num. 68. Saade impedimentis matrimonij non dirimenteribus numero 1. Sanch. lib. 7. *disp. 6. num. 6.* Basilio Ponce, lib. 6. *cap. 7. num. 2.* Coninch. *disp. 20. dub. 3. num. 2.* Gaspar Hurtado, *disp. 2. difficult. 1.* prohibetur coniugibus matrimonium faletem ad tempus: potest enim Parochus ad sedandum scandalum, vitandas ritus, in testigandum impedimentum, vel in aliquius festi venerationem nuprias interdicere extra judicialiter pro aliquo tempore.

Quo præcepto coniuges obligantur, nisi manifeste iniustum videatur, quod nunquam est presumendum. Obligan tur autem plerisque sub mortali, quia materia grauis est, ut satius colligitur ex cap. 1. de matrimonio contra interdictum Ecclesia, vbi transgessores huius præcepti in pena ad tempus arbitrio Iudicis designandum separantur, quæ pena cum grauissi indicat culpam esse grauem. Atque ita docet Sanch. lib. 7. *disp. 1. n. 4.* Basili. Ponce, lib. 6. *cap. 7. num. 8.* Coninch. *disp. 30. dub. 3. initio.* Gaspar Hurtado, *disp. 2. 1. de matr. num. 1.* Consulto dixi plerisque. Nam aliquando solum hoc præceptum sub veniali astringere potest, vti Sanch. & Basili. loc. alleg. docuerunt, nempe si in venerationem aliquius festi prohibitus matrimonij eo die fiat. Non enim videretur grauiter offendit festi venerationi: tametsi matrimonium celebretur.

Ex vi tamen huius prohibitionis à Parocho, vel Episcopo late matrimonium non irritatur, neque irritari potest, quia ipsis datum non est impedimentum dirimenteris matrimonio contrahendo statuerit. Quinimo esto à Pontifice lata sit, si clausulam irritantem non habeat, solum impediens matrimonium, non dirimet, vti habentur cap. 1. & 2. de matrim. contracto contra interdictum Ecclesia. At si clausulam irritantem habeat, vti habere potest, si adsit rationabilis causa matrimonii non subiectus potestatem enim habet Pontifex causâ iusta intercedente inhabilem reddendi singularem personam ad matrimonium aliquo contrahendum, sicuti potest sua generali constitutione, vt recte ponderauerit Basili. Ponce, lib. 6. *cap. 7. a. n. 5.* Et colligitur ex cap. 1. dissolendum de sponsis, impuberum. Cap. suo fratrementatu, de sponsa duorum.

Secun

3 Secundum impedimentum est tempus feriatum: Ecclesia namque optans fideles aliquibus temporibus intensius orationi, ieiunio, aliisque penitentia operibus vacant; prohibuit illis temporibus nuptiales solemnitates; utporum que animum ab iis spiritualibus exercitiis maxime avertunt. Antiquo iure plura erant tempora huius prohibitionis. At Concilium Tridentinum, *sess. 24.*, cap. 10. ea restrinxit dicens. *Ab Adventu Domini nostri Iesu Christi usque in diem Epiphaniae, & a feria quarti Cinerum usque in octauam Pascha inclusivam antiquas solemnium nuptiarum prohibitions diligenter ab omnibus observari Sanctora Synodus praecepit, in alijs vero temporibus nuptias solemniter celebrari permitte, quas Episcopi ut ea quae decet modestia, & honestate sunt curabant, sancta enim res est matrimonium, & sancte tradandum.*

Dies igitur contenti in praedicto decreto sunt omnes a prima Dominica Adventus, quae admittit incipit a media nocte usque in diem Epiphaniae inclusivam, & a feria quarti Cinerum usque in diem octauam Pascha inclusivam. Verbum enim inclusivum ad omnia precedenti referri debet, ut notarunt *Sanch.* lib. 7. *disp. 7. num. 1.* *Saa.* verbo matrimonij impedimenta non impeditantur, *num. 1.* *Basil.* *Ponce.* lib. 6. o. 8. *num. 4.* *Quinimum Sanch.* *num. 2.* credit satis probabilitate hanc prohibitionem incipere a primis vesperis sabbathi praecedentis Dominicam adventus, quia ab eo tempore adventus officium incipit.

4 Materia huius prohibitionis, si ius antiquum spectemus non solum erat benedictio nuptialis, & solemnis traditio sponsorum in domum sponsorum, sed ipse matrimonij contractus, illiusque consummatio, ut conlat ex pluribus testibus 33. q. 4. At spectato Tridentino (cui standum est) sole nuptiarum solemnies prohibita censentur. Nomine autem nuptiarum solemnium benedictiones nuptiales vulgo velationes intelliguntur secundum omnium sententiam. Quam exstimo debere ad illas benedictiones, quae pro secundo nuptiis in aliquibus Episcopatus conceduntur, quia ictu non sunt benedictiones nuptiales in rigore constitutae, tamen nuptias solemnies ab Ecclesia illis temporibus prohibitas, sicut adiuravit *Basil.* *Ponce.* lib. 6. cap. 8. n. 13. *Gutier.* de matr. c. 106. à n. 14. Deinde venit intelligenda sub nomine nuptiarum solemnium traditio sponsorum in domum sponsorum, quam conviuia publica, chorea, aliquae signa laetitiae comitantur, quia verum sunt nuptiae solemnies; sic docuit *Thom.* *Sanch.* lib. 7. *disp. 7.* n. 16. *Basil.* *Ponce.* lib. 6. cap. 8. *num. 9.* *Coninch.* *disputat.* 30. *dub.* 3. n. 2. Et 36.

Credo tamen satis probabile esse seculo scandalo licere matrimonium celebrare plurim concursu, & conuicio, aliisque laetitiae signis, solisque benedictiones Ecclesia in supradicto decreto prohibiter consuetudine si interpretante videntibus, & conscientibus Praetatis, ut inquit *Sanch.* *dicta disp. 7. à num. 7.* *Gaspard Hurtado* *disp. 2.* *difficil. 1. num. 3.* Faustus huic sententia consuetudo, quam refert *Basilius Ponce.* lib. 6. cap. 8. *num. 14.* aliorum opidiorum dicētis *Salmantina*, ubi Rustici sabbathio ante Adventum benedicuntur, & Dominica Adventus solemnis fit sponsorum traditio, que simul cum Iponlo in thalamo in medio foro constructo collocatur, ibique vicini conuocati post prandium, & commissationes chorae ducunt, & munera sponsorum offerunt: quam consuetudinem tolerandam esse ipse *Basil.* asseruerat.

Neque obstat Textus in *cap. neque uxorem.* 33. q. 4. ibi. Neque uxorem duvere, neque coniuio facere in quadragésimali tempore conuenire posse vlo modo arbitror. Quia consuetudine abrogatum est ex parte. Vt die id esse intelligendum, quando fit cum tanta solemnitas ut scandalum adsit. Præterquam quod in supradicto decreto non de obligatione, sed de conuenientia est fieri. Quod si virgines, benedictiones Ecclesia non prohibentur ratione sui, sunt enim quid spirituale, sed propria coniuio, & festiuitates inde manantes. Ergo haec a foriori prohibentur. Respondeo negando consequentiam, quia finis præcepti sub præceptum non cadit. Præterquam quod non ob eam rationem prohibentur benedictiones, sed ne Ecclesia videatur sua autoritate coniuia, & festiuitates coniugium approbare, ad eaque concurrent tempore quo ipsa intendit omnes fideles ad ieiunium, & orationem excitare. Illud vero exstimo certum licere illis temporibus sponsalia, & matrimonium absque solemnitate celebaret, & fortiori consummaretur, quia haec comprehendit non possunt sub nuptiis solemnibus, ut bene tradunt *Sanch.* *Basil.* *Coninch.* *Hurtado.* & alijs relati.

5 In hac lege ut potest a Concilio generali lata est *Soros in 4. d. 32. quæst. contra art. 3. in fine.* *Iacobus de Graffis* 1. p. *decis.* lib. 2. cap. 8. o. 29. *Basil.* *Ponce.* lib. 6. cap. 7. n. 11. credant Episcopum iure ordinario dispensare posse, eo quod referuntur nos, verius existimo cum *Sanch.* *disp. 7. num. 6.* *Henr. lib. 11. cap. 16. n. 2.* extra calum virginis necessitatis (qui raro contingere potest) non esse Episcopo concessum hanc potestatem. Quia generale est non posse inferiorem in lege Superioris dispensare, nisi ei fuerit commissum.

6 Tempore vero interdicti, & cessationis a diuinis commun-

nior est sententia matrimonium solemniter celebrari possit, & consummari, uti colligitur ex *cap. capellanus de Ferri* lib. *Quocunque tempore celebrari posse, eamque esse Romana Ecclesia consuetudinem.* Et tradit *Nauar.* *cap. 27. num. 179.* *Couaru.* *capit. Alma.* 2. p. §. 2. *numero 7.* *Henr. lib. 13.* *cap. 45.* *Tolet.* *lib. 1. capit. 53. numero 2.* *Sanch.* *lib. 7. disputat.* 8. per. totam. & alijs apud ipsos, Benedictiones vero minime possunt fieri, quia pertinent ad Ordinis exercitum, & ad Diuinum officium recitandum. At si coniuges bullam Cruciatam habeant, possent benedicti seruata formæ præscripta in *cap. Alma* macte, de *Sentent. excommunic. in 6.*

7 Tertium impedimentum est catechismus, id est instrumentum, seu professio fidei facta ante ianuam Ecclesie super baptizando, seu nomine baptizanti: sicuti habetur *cap. ante baptismum de confess. dist. 4.* impeditum matrimonium contrahendum antiquo iure spectato, ex *cap. contratio de cognat. spirituali.* Et *cap. 2. eodem tit. in 6.* in illis gradibus, in quibus cognatio spiritualis per baptismum impedit, quia de eis initium spiritualis regenerationis, sicut sponsalia initium sunt matrimonii. Et licet catechismus regulariter baptismum præcedat; attamen id impedimentum præstat, tamen subsequatur baptismum ob urgentem aliquam causam dominicum, quia spectator non quod ex accidenti contingit, sed quod frequentius est, id estque *cap. 2. de cognat. spirituali* in 6 dicitur contrahere hoc impedimentum per catechismum, qui baptismum præcedit, id est qui frequenter & in plurimum: ut recte adiurit *Couaru.* 1. p. *decret. capit. 6. §. 4. numero 11.* *Henr. lib. 12. capit. 2. numero 1.* *Sanch.* lib. 7. de matr. *disputat.* 10. *num. 7.* *aduersus Bartholom.* de *Ledelin.* *dubitat.* 46. de matrim. & *Sotum* in 4. *disputat.* 37. *quæst. unica.* *articol.* 1. ad *fum.* *corp.* afferentes non improbabiles ex catechismo baptismum sub sequente nullum impedimentum contrahendum.

Controversia inter Doctores est, An iure novo Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 2.* de reformat. sublatum sit hoc impedimentum? Plures, graueisque Doctores post Concilium scribentes negant. Matienzo *lib. 5. recipit. tit. Rub. gloss. 1. n. 148.* Anton. Cuchus *lib. 5. instit. maior. tit. 2. n. 17.* Lancellon. in *inst. Iuris Canonici.* lib. 2. tit. de triplici cognat. per catechism. *Tolet.* lib. 7. c. 14. in *fin.* *Palacio* *dist. 42.* q. *vn.* *Barthol.* de *Ledelin.* *dub.* 46. & alijs plures relati à *Gutier.* c. 84. *num. 6.* afferentes ad primum gradum sicut cognatio orta ex baptismi hoc impedimentum restitutum esse. Ratio est, quia illo Concilium omnem aliam cognitionem spiritualem abstulerit præter eam, quæ oritur ex baptismi intelligi debet abstulisse omnem cognitionem spiritualem dirimentem, scilicet impedimentum tantum, uti colligatur ex principio *ipius c. 22.* Contio namque iurius communis vitanda est quoad fieri possit, cum igitur Concilium non expremit abstulisse omnem cognitionem spiritualem tam dirimentem, quam impedimentum intelligi debet solam dirimentem, utpoter precipuum abstulisse.

Ceterum communior sententia, quam docet *Sanch.* lib. 7. *disp. 10. n. 12.* *Gutier.* *cap. 84. de matr. n. 6.* *Basilius Ponce.* lib. *cap. 11. circa finem.* *Reginald.* lib. 31. *numero 190.* *Rebelli de obligat.* *infu. 2. p. lib. 3. q. 18. numero 20.* *Coninch.* *disputat.* 30. *dub.* 3. *num. 24.* *Gaspard Hurtado de matr.* *disp. 2.* *difficil. 3. num. 4.* afferit *Concilium Trident.* hoc impedimentum sublatum esse, eo quod Concilium dixerit: Impedimentum cognitionis spiritualis solùm extendi debere ad leuatum baptizatum de sacro fonte, eisque patrem, & matrem, omnibus alias personas huius spiritualis cognitionis impedimentum sublatum. Ergo tollit impedimentum, quod inter professorem id est, & inter Baptizatum esse poterat. Nam esto impedimentum oritur ex catechismo nostro sit dirimens, sed impeditus, nihilominus viuens negativa, quæ negat omne aliud impedimentum, de quolibet impedimento cognitionis spiritualis intelligi debet; præcipue cum hoc decreto sit iurius communis, & in favorem matrimonij, quod latè est interpretandum, tamenq. antiqui iurius correctorum.

Hinc *Sanch.* *Basil.* *Ponce.* *Gutier.* & alijs prudenter monent Parochum obligatum esse scribere nomini Parochi, qui baptizandum leuatur de facto fonte, si forte solùm catechismo asticente id debere exprimere, quia ex uno munere contrahunt impedimentum dirimens, ex alio autem munere nullum impedimentum, vel ad summum impediens.

Quartum impedimentum est sponsalia, quæ dum durant, confitit apud omnes iure naturæ matrimonium contrahendum cum alia impedit; est enim contra fidelitatem & iustitiam rem vni promissam eo invito alteri tradere. In quo impedimento solus Pontifex ex rationabili causa dispensare potest, non autem Episcopus. Quippe Episcopi lege latè a Pontifice in *cap. ex litteris art. 2. de sponsalib.* iubentur: vt sponsalia obseruari procurent. In lege autem Superioris qualis est Pontifex nequit regulariter inferior dispensacionem concedere. Præterquam quod sponsalibus est ius tertio acquisitum, in iure autem tertio acquisito non dispensat Episcopus, ut patet

Sylvest. verbo Luxuria q.5. Couartuu. 2. p. de sponsalib. cap. 8. §. 3.
num. 19.

At si sub promissione coniugij virginem violasti tui voti 17
consciam, nullam contrahis obligacionem ducendi illam,
sed voto exequendo obligatus, sicut antea ex his, quia cum
tempore promissionis impeditus es a matrimonio contra-
hendo, idque virgo cognovit, cognovit te obligati non po-
tuuisse, ac proinde censenda est gratis suum corpus tibi pre-
stare. Secus est si ipsa tui voti ignata extiterit, quia eo casu
obligaris eam ducere, & votum suspenditur, ut docuit Sanch. lib. 1. disput. 4. 5. num. 3. Gab. Vazq. de refut. cap. 1. §. 2. dub. 6.
num. 20. Basil. Ponce lib. 6. cap. 1. num. 10. obligatio namque
iustitia superueniens orta ex accepto virginis corpore in cul-
vium sub ea conditione ducendi illam, praesul promissioni
castratis, & Religionis Deo facta; sicut si post votum elec-
moyne prestanda, alienum surripieres, deberes prius huic
debito satisfacere, quam in voto. Et licet posses damno virgi-
ni illato satisfacere doxis augmento, non obinde liberaris
ab ea ducenda, quia ex vi contractus non debes pecuniam, sed
matrimonium. Et quoties aliquid in specie creditori debetur,
illud praestandum est, nec sufficit, si aequivalens concedatur
creditore non consentiente. Verum ut praedicta obligationi
iusticia satisfacias, debes dispensationem voti prius petere,
quæ necessariò concedenda est.

Quod si nullà imperia à dispensatione matrimonium con- 18
trahis, peccas contrahendo, ut potè qui assumis statum pro-
missioni repugnante, ut dictum est. Matrimonio autem con-
tracto, si votum fuit de non contrahendo matrimonium,
alicui videri posset nullam tibi superesse obligationem, sed
credo te obligeri esse non petere, quia praedictum votum,
ut potè ex affectu castitatis elicitorum est de non contrahendo
matrimonium simpliciter, & perfectè scilicet de non contra-
hendo, & consumando, ex quo voto obligaris ad non peten-
dum. At si votum fuit de Ordine sacro assumendo, cessat mat-
rimonio contracto etiam non consummato, cum non possis
ab illo que licentia coniugis illud votum exequi, ut definitum
est in extraag. Antiquus de Voto. Quod si votum fuerit Reli-
gionis assumenda teneris ante consummationem illud exequi
qui cum possis, nisi forte virginis defloratio sub promissione
coniugij non fuerit ex solo contractu matrimonii plene satis-
factum. Tandem si castitatis fuerit votum, nullatenus petere
potes, eti reteas reddere; quia quod eam partem votum
severa potes. Qui autem Praetari in iis votis ante vel post
contractum matrimonium dispensare possint latè dixi tract.
de voto diff. vti. punct. 12. & aliis.

§. II.

Expenduntur impedimenta impedientia ex
crimine orta.

- 1 Primo loco enumerandus est incestus. Et quid sit?
- 2 Antiquo iure ex copula cum consanguinitate intra quartum gradum contrahebatur, nunc ex copula cum consanguinitate intra secundum gradum.
- 3 Copula cum consanguinitate sponsi de futuro non est incestus, nisi intra primum gradum.
- 4 Matrimonio nullo existente non datur incestus.
- 5 Incestus habitus cum consanguinitate propriis praeflat impedimentum ex probabili sententia.
- 6 Supradicta doctrina, & impedimento incestus plures limitaciones adhibita examinatur.
- 7 Secundum impedimentum est raptus aliena sponsa.
- 8 Qua iure pœna iure Civili his raptoribus constituta?
- 9 Qua iure Canonico?
- 10 Qua iure novo Tridentini?
- 11 Hic pœna à Tridenti statutis non est locus, cum raptus con-
tingit occasione explenda libidini; & non matrimonii con-
trahendi.
- 12 Nec item est locus si puella raptui consentiat.
- 13 Aliqui censem exculcari à praedictis ponitis Concilij raptorem
propria sponsa de futuro.
- 14 Verius est oppositum.
- 15 Si dolo falsifice promissi feminam adducatur, non est raptus
pœna Tridenti obnoxius.
- 16 Quibus in loco Conc. Trident. decretum vigeat.
- 17 Tertium impedimentum est viricidium, & explicatur.
- 18 Hoc impedimentum est Sanchi, neget extendi ad viricidium.
Verius est oppositum.
- 19 Quartum est suceptio proprie sibi solis de sacro fonte, & expli-
carur.
- 20 Quintum est mors presbyterialis.
- 21 Sextum penitentia solemnis.
- 22 Septimum, acceptio feminam Deo sacrata.
- 23 Prædicta impedimenta ex criminis orta vnu, & consuetu-
dine abrogata sunt.

Inter hæc impedimenta enumerandus primo loco est
incestus confusuris ex copula habita cum consanguinitate
et coniugio.

Ferd. de Castro, Sum. Mor. Part. V.

coniugis; vii habetur cap. 1. Cap. transmissa, de eo qui cognovit consanguinitatem uxoris sue. Et tradunt omnes teste Sanch. lib. 7. disput. 15. num. 1. Zeuallos in suis communib. opin. quæst. 7. 37. initio.

2 Ante iure impedimentum contrahebatur ex copula cum consanguineis intra quartum gradum. Argum. cap. non debet de consanguinitate. & affinitate. vt pro certo firmat Sanch. d. disp. 15. num. 4. & lib. 9. disp. 27. num. 2. Gutierrez. cap. 87. num. 5. At nouo iuri Trident. sest. 24. cap. 4. solum ad consanguineos intra secundum gradum extenditur, vt multis allegatis probat Sanch. & Gutierrez. supra referuntque sic sapienter decimus esse à sacra Congregatione.

3 Quando vero coniux matrimonio copulatus non est, sed solum sponsalia futuro contraxit, in celto non committit nisi copulam habeat cum consanguinei sponspæ intra primum gradum, eo quod nouo iure Concilii Tridentini. dicta sest. 24. cap. 4. impedimentum publica honestatis ex sponsalibus ortum non excedit primum gradum, & consequenter extra illum gradum non constituit incestum, vt probat Sanch. dicto lib. 7. disp. 15. num. 5. & legg. Et lib. 9. disp. 27. n. 6. Gutierrez. lib. 1. can. q. 2. cap. 23. num. 13. & de matr. cap. 87. num. 8.

4 Quod si matrimonium nullum exititer copula cum consanguineis coniugis non erit impedimentum matrimonio contrahebendo, tametsi fuerit incestus, nisi ea copula fuerit cum matre, vel filia coniugis. Argum. Textus in cap. si quis cum matre. 34. quæst. 2. Quo calu etiam ipsa prædictum impedimentum contrahebendum si conscientia fuerint delicti, sic tradit Sanch. d. disp. 15. num. 7. Gutierrez. cap. 87. n. 9.

5 Controversia autem est, An incestus habitus cum consanguineis propriis impedimentum praesertim: Quia in re duplex est intentio, & virtus latius probabilis teste Sanchez. lib. 7. disp. 11. & num. 5. Sed ex his veriore reperto quæ affirmat esse impedimentum, quamque docet Glossa in cap. de incestis in fine 35. quæst. 3. per Textum ibi. Et cap. si quis videtur 32. 9. & cap. si duo 35. quæst. 6. & approbat explesse à lege regia 13. tit. 2. part. 4. ibi: ēl vno delitos (sic) et quæ impidemt el contrael matrimonio) va pecado que llaman en latin. *incepsus* que quiere tanto deçir como pecado que home faciendo a la biendas con su parenta, o parentica de su mujer, o de otra con quien hubiese yaçido hasta el quarto grado:] & ibi Gregor. Lopez verbo con su parenta. Cu opinioni credo standum esse maximè in hoc regno Castellæ, cum Iuri Canonicus conformis sit. Tametsi contrarium censent Sanchez. lib. 7. disp. 15. num. 5. Zeuallos in suis communib. opin. quæst. 7. 37. num. 3. & alii plures apud ipsos.

6 Supradictæ doctrinae de impedimento incestus plures limitationes Doctores adhibent, quas breuiter perfingam. Primum assertur & recte requiri necessarium, ut scienter incepsus a similius sit, quia ita cœetur in cap. 1. de eo qui cognovit consanguineam. Et tradit Sanch. d. disp. 15. an. 9. Gutierrez. d. 87. num. 1. Non tamen est opus, vt incepsus agnoscat hoc impedimentum sibi appulsum esse. Satis enim est, quod agnoverit incepsus communissime, vt bene notaui Sanchez. lib. 9. disp. 32. num. 44. Secundum debet esse incepsus voluntarius, non violenter commissus, iuxta Textum in cap. discretioneum. De eo qui cognovit consanguineam: & tradit Sanchez. lib. 7. disput. 15. num. 10. Gutierrez. cap. 87. num. 14. Basil. Ponce, lib. 6. cap. 13. in fine. Tertiò requiritur incepsus copulâ consummatus, quare si semen extra vas legitimum seminare emissum sit non constituit affitamentum, neque prædictum impedimentum, vt notarunt Sanchez. num. 1. & Gutierrez. num. 1. Quartuò assertur Dominic. Sonus, Corduba, Henrique. Vizuald. Eman. Saia, loc. statim referendus opus esse, vt incepsus committatur cum consanguineis coniugis viuenis non defuisse. Nam post mortem coniux non est, & verba legis præcipue in penitentiis impositione cum proprietate sunt accipienda, & quod fieri potest restraininga. Sed rectius contrarium docuerunt Sarmiento lib. 7. sest. cap. 10. in princ. Quando in 4. d. 41. disp. unica, proposi. 8. Petri de Ledelin. de matr. quæst. 8. art. 4. dub. 1. Sanchez. dicta disp. 15. num. 12. Gutierrez. de matr. cap. 87. num. 17. Basil. Ponce, cap. 13. num. 7. nempe hoc impedimentum contrahebendo, haec coniux vivus, sine mortuis fuerit, eo quod Textus de hac materia loquens solum exigunt, vt incepsus committatur, qui vere committitur, tametsi coniux mortua fuerit. Præterquam quod in commun modo loquendi, qui semper spectandus est, consanguinei coniugis dicuntur, esto mortua fuerit coniux. Ut colligatur ex lege regia 13. tit. 2. part. 4. idque explesse videtur decimus in cap. transmissa de eo qui cognovit consanguineum. vbi Textus loquitur. Quapropter vxore defuncta incepsus commissus est, ob causam cuius am decidit virum debitus petere non posse, bene tamen reddere. Quinto requiritur alijs incepsus publicum esse iure, vel facto, alias publice non est incepsus à matrimonio impedimentus. Sed contractum optimè docuit Glossa in cap. qui dormierit, verbo neuvram; 2. quæst. 7. Alphon. à Castro lib. 2. de lege penal. 5. pars. Gutierrez. lib. 1. annos. 99. c. 23. n. 8. & de matr. c. 87. n. 18. & 19. Sanchez. lib. 7. disp. 15. num. 13. & 14. Raro namque impedimentum hoc contraheretur, si modestus publicus futurus

esset, neque Textus hanc publicitatem expostulauit. Neque inde fit ipsum incestuorum non esse impedimentum à matrimonio publice, & secretò contrahebendo, nam ob impedimentum occultum impediti optimè potest iure quidem, & lege, non Iudicis officio.

Secundum impedimentum matrimonio contrahebendo est raptus alienæ sponsæ, Cap. statutum 27. quæst. 2. Ponimus raptum propriæ esse, cum libidinis causa alia persona sue nupta, sive innupta vi aucto dolo abducitur de uno loco in alium, non ratione commodioris vñus, sed violentie inferenda.

Variæ pœnae iure ciuilis sunt his raptoribus statuta, q. 1. constat ex leg. vn. Cod. de raptu virginum, vbi raptore capite plectur, eorumque bona persona rapta adducuntur. Debet tamen persona rapta esse honesta, vt quando raptus committitur, alia non subiicitur his pœnis, sed alii arbitrio Iudicis. vt haberet in dicta lege iuncta Glossa, verbo virginum. Et leg. regia 3. tit. 20. part. 7. Item requiritur, vt nihil ante de matrimonio actum fuerit. Quippe sponsalibus contraxis raptus reputari non debet, vt explesse cauteretur in cap. penit. de Raptori.

Iure Canonico statutum est, vt raptor alienæ sponsæ publicè penitentia multetur, & impedimentum sit non dimens, sed impediens matrimonium cum quo liber contrahebendum, cap. statutum 27. q. 2. Qui enim alienum matrimonium perturbare aulus est, merito priuatur proprio. Dicit alia sponsa. Si enim femina desponsata non esset, in modo non esset per verba de presenti, non contrahit raptor predictum impedimentum, quia sponsa de futuro in rebus odiosis non venit nomine sponsæ intelligenda, vt recte notaui Sanchez. lib. 7. disp. 12. n. 4. vbi requiritur ad hoc impedimentum, vt vitentatus raptui sua sponsa, nam si ipse consentire plecteret, cessabat impedimentum, cum in eius fauorem latum sit. Quod si dissentiente viro sponsa raptu confessiat, impedimentum contrahit non solum raptor, sed rapta, ita vt dilobulo eo matrimonio nequeant hunc aliud inire, iuxta cap. statutum, quia fit perfecta iniuria matrimonio, & viro in eius fauorem impedimentum statuitur.

Nouo iure Concilii Tridentini. sest. 24. cap. 6. raptor cuiuscunq; mulieris, ac omnis illi qui consilium, auxilium, vel fauorem ei præbuerint ipso iure excommunicantur, & perpetua infamia percelluntur, omniumque dignitatum incapaces redduntur, & si Clerici fuerint a proprio gradu decidunt, obligatiq; raptor sive raptam duxerit, sive non, dotare. Quæ penitentia raptorum expostulantur, excepta pœna excommunicationis, quæ ipso iure incurritur teste Sanchez, alios refentes lib. 7. disp. 13. n. 1. Neque raptor ab iis liberatur, sive raptam ducatur, vt notaui Sanchez. Lessius lib. 4. cap. 3. num. 69. Gutierrez. cap. 87. num. 26. Decernit præterea Sanchez Synodus inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate rapionis manserit nullum posse constitutere matrimonium. Ex quibus verbis, vt docent omnes eo in causa est impedimentum dimens. Quod si raptus a raptore separata, & in locuto, & liberato confitura cum in virum habere consenserit, raptor in uxorem habeat.

Aliqui Doctores, vt Iohann. Vela de penit. delictis. cap. 20. II. §. sed ego. Alphon. in Veracruz in append. ad Specul. coniugis, vbi de raptu pag. 81. §. hic considerandum. Eman. Saia, verbo matrimonio num. 9. referens decimum esse à sacra Congregatione, restatur prædictas omnes pœnas, & inhabilitatem ad matrimonium contrahit raptorem, et non animo contrahendi matrimonium, sed expletæ libidinis feminam rapuerit, quia Concilium generaliter, & indistincte loquuntur. Sed rectius Salcedo præd. cap. 78. in fine. Rodng. 1. tom. annos. cap. 2. 3. num. 7. Vega. 2. tom. cap. 2. 3. 4. notab. 1. cap. 1. 57. Coninch. disp. 31. dub. 4. in fine. Paul. Layman. lib. 5. sum. tractio. part. 4. cap. 1. 3. in fine. Thom. Sanchez. lib. 7. disp. 13. num. 3. Gutierrez. cap. 87. num. 8. Lessius lib. 4. cap. 3. num. 64. alleghunt prædictas pœnas solum incurrire raptorem qui animo contrahit matrimonium feminam rapuerit. Tum quia hoc decreto est pœnale, & correctorium iuriis communis, cap. fin. de raptori. ergo refutendum est. Item quia Concilium Tridentinum in prædicto decreto matrimonij libertatem facere intendit, ideoque iuritium reddit attenuatum ex raptu, vt hac iuritatione coeteraque raptore videntes suum hinc consueci non posse. Non igitur extendendum est ad raptorem ex causa libidinis.

Deinde his pœnis non est locus, si puella raptui conserniat, tametsi parentes eius renuntiantur, quia hoc decreto Concilii in fauorem matrimonij latum est, cuius libertati parentum repugnantia non obest, ideoque illius non meminimus Concilium, sed solum puellæ consuecus, vt constat ex illis verbis. Quod si raptus a raptore separata, & in loco into. Ge. Et licet iure Civili repugnantibus parentibus raptus committatur puniendus. At presenti decreto Concilii non quilibet raptus animo contrahit matrimonium differentiante puellæ vindicatur, vt alii relatis docuit Sanchez lib. 7. disp. 13. num. 1. & 14. Coninch. disp. 31. n. 4.

Disputatio IV.

Punct. II. §. II.

125

ta fine. Paul. Layman. d. cap. 13. num. 4. tametsi contrarium immerito sentia Gutier. capit. 8.6. numero 17. Henr. lib. 12. c. 14. num. 4.

13. Præterea Henr. lib. 12. de matrim. c. 14. num. 4. & 5. & Lessius lib. 4. cap. 3. num. 70 afflant excusat à prædictis pœnis Concilij raporem propria spousta de futuro, quia in cap. penult. de raptor. hoc delictum à raptu excusat, & apertius videatur definitum a Gelasio c. lex illa. 6. q. 1. vbi raptum diciat esse commissum, vbi puella de cuius nuptiis antea nihil actum fuerat videbatur abducta, quasi dicaret raptum non esse, quando de nuptiis ante elet actum.

14. Nihilominus longe probabilius, & omnino dicendum existimo cum Sanch. dicta disp. 1.3. num. 1.5. Gutier. c. 86. n. 22. incurret raptore in peccatis hoc Concilij decreto contentas, si sponsam de futuro renentem abducatur, eo quod libertas matrimonii offenditur, cum vi abducatur, ut contrafatu: fauere que Textus in cap. penult. de raptor. Neque Gelasius contrarium decidit, sed solum dixit videri adductam, quoties ante a de nuptiis actum non esset, id est quoties ante de nuptiis praesentibus, non futuri actum non esset, sed quoties nuptiæ ante celebrazione non esset, ut explicat ibi Glorio: fecit elet, si parentibus renentibus ipsa spousta de futuro libens abducetur, nam ex caufo non est raptus his peccatis subiectus.

15. Præterea notant Sanchali relatis lib. 7. disp. 12. num. 3.2. & disp. 1.3. n. 1.1. & 12. Gutier. c. 86. de matr. n. 14. & 5. si dolo, falsis promissis feminam abducatur, non esse raptum Conc. Tridentini peccatis obnoxium, quia non est violentia, quia ad proprium raptum requiriuit. Neque obest eam abductionem peccatis latius in leg. vñ. Cod. de Raptu virginum, puniri ut raptum, quia id caueat expresse in ea lege. Cùm ergo in Tridentino id expressum non sit, non debet eius dispositio, quæ penaliter est, & correcitorio ad raptum impróprium extendi.

16. Tandem est rotundum decreatum Conc. Trident. solum habere locum illis in locis, in quibus receptum est, alias standum erit antiquo iuri c. fin. de Raptor. Deinde non extendi ad raptore feminas, quia ius non præsumit viro violentiam inferendam esse, quod si aliquando inferatur, ea durante matrimonio consistere non poterit, lecus è celiante, tametsi altera potestate raptoris non fuerit vir constitutus; & iuxta hæc explicandum est Gutier. d. c. 8.6. in fine.

17. Tertium impedimentum est vxoriduum non quidem animo incedendi alius matrimonium: tunc enim est impedimentum dum mens, sed factum ob odium, vindictam, vel quia deprehensa est in adulterio. Nam licet leges ciuilis vxoriduum ob eam causam non puniant, lex Canonica omnibus illicite uxori in interficiens habeat poenam constituit, ut constat ex capitulo interficentes. Capite admovere. Capite quinque. 3.1. q. 2. Secus est si auctoritate Iudicis conculca, & condemnata interficeretur, ut colligitur ex dicto cap. quicunque ibi: Quicunque uxori uxori abque lege, vel sine causa, & corraprobatore interficeretur. &c. Quasi dicere, qui lege posita, & probatione facili interficit, non incurrit impedimento. Atque ita tradit Sanch aliis relatis lib. 7. disp. 6. a. n. 2. Gutier. c. 88. a. n. 2. Basil. lib. 6. cap. 14. num. 2.

18. Hoc impedimentum negat Thom. Sanchez lib. 7. de matr. disp. 16. n. 6. extendi ad vircidium, ne quod in predictis Textibus nulla huius delicti facta sit mentio, sed tantum de vxoridio, neque est eadem ratio, nam vircidium ratio continet; quia vxores timidae sunt, vxoriduum vero frequenter ovi virtum audaciam, ad quam repitendum hoc impedimentum est constitutum. Sed restitutum contrarium docut Gutier. cap. 88. num. 4. Basil. Ponce lib. 6. c. 14. Rebello, de obligat. iusti. 2. p. lib. 3. q. 13. de vxoridio. Canisius, cap. 1. de Diuinitate, & alijs plures relati à Sanch. ipsique probabile reputat. Nam ideo in predictis capitibus nulla de vircidio mentio facta sit, ratio tamen decendi, & apponendi predictum impedimentum eodem modo, immo efficacius procedit in vircidio, quam in vxoridio. Etenim in cap. admovere. 3.3. q. 2. vbi hoc impedimentum statutum vxoridio, hæc ratio subiungitur, occidisti vxoren tuam, partem corporis sui legitimo matrimonio locutam, filios tuos orphanos fecisti. Quæ æquè in vxore, ac in viro procedit. Præterea id videtur expresse decisum in cap. de Diuinitate, vbi mulier quæ marito inuidia tendit, ipsæque lege defendendo alium occidit priuatum spē coniugii, fauere que cap. si qua mulier, 3.1. q. 1. Cap. nihil iniquus. Cap. indignans. 12. q. 3.

19. Quartum impediens est suscepito propria sobolis de sacra fonte, animo causandi diuortium debitum coniugi negando, iuxta Textum in cap. Deo 30. q. 1. ibi Si priuariator coniugij superuererit accerrimè penitentiâ multetur, & sine spē coniugij remaneat. Merito namque priuatus coniugij in perpetuo qui impedimentum voluit apponere ei quod habebat. Qod, impedimentum Doctores extendunt si proprium filium baptizet, aut illius sit in baptismō Patrius animo insidiandi matrimonio, quia est eadem ratio. Et quo sit deficientia eo animo nullum esse impedimentum, quia non censetur coniugij prævaricator. Unde si necessitate virgine pater filium suum baptizet nullam cognacionem spiritualism

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

cum coniuge contrahit, at proinde nec priuatur potestate perendi debitum, neque à matrimonio impeditur, uti constat ex cap. ad limina 30. q. 1. Imo si absque villa necessitate, si ex ignorantia facta, aut iuris fiat hac pena non afficerit, quia hac peccata priuationis petendi debitem malitiam exigit, ut colligitur ex cap. si vir de cognati spirituali. Et ibi Abbas, Navarr. cap. 16. n. 24. Probabilitate tamen non videatur carere, etiam in hoc casu non esse priuatum coniugem potestate debitem exigendi, uti plures docent relati à Sylvestro, verbo matrimonium 8. q. 7. Et inclinat Sua. 1.3. in 3. p. 9. 6. art. 8. in comment. Quia cap. si vir, solum redditio debiti mentionem fecit dicens, unus alteri debitus non subveniat, non de petitione. Imo cap. de eo 30. q. 1. afflant, si veterique coniux ad delictum concurrent, velintque simul habitare no: esse separandos, ergo possent debitum petere, quando enim veterique priuatum est potestate exigendi, ab Ecclesia quo ad thorum separantur.

Quintum impedimentum est mors presbyteralis, id est mors Sacerdotis, constat ex cap. 2. de pauci. & remissionib. ibi: Qui presbyterum occidit coniunctus usque ad ultimum via sua tempus militia cingulata careat, & abque spē coniugij maneat. Etenim Sacerdos ex officio matrimonio assistit, ergo eum interficiens debet eo priuari. Debet tamen delictum eile in iudicio probatum, ut indicante illa verba Texus coniunctus, & notarium Hostien. Antonian. & Abbas ibi. Et licet alicui dicant sufficiere in foio penitentia: coniunctum esse hoc minus probabile est, quia in illo foio nulla est propria coniunctio, ut recte dixit Sanch. lib. 7. disp. 4. 6. num. 9. cum ibi non sit ali testes, neque alius accusator præter ipsummet presentem.

Sextum est penitentia solemis, quæ inter impedimenta impeditum est orta ex crimine enumeratur; non quia ipsa sit crimen, sed quia ex crimine procedit, seu proper ipsum imponit priuatum matrimonio contrahendo, dum durat. Cap. de his. c. fin. 3. q. 2. Ratio: quia non decent nuptiæ, quæ secum luctum afficiunt, cum qui luctui, & penitentia astrallos est.

Septimum, & ultimum est acceptio feminæ Deo sacra, quando scienter aliquis sanctimoniale ducere presumit constat ex cap. hi ergo. 2.7. q. 1. Ratio: quia iniuriam invogavit Christo eius sposo, id est quæ debet conjugio in perpetuum priuari.

Superest dicendum, an hæc impedimenta ex crimen orta 2.3 quatenus omni matrimonio in perpetuum priuant, consuetudine sint abrogata? Negant Rebello, lib. 3. de impedim. q. 18. in fine. To etus inclinat lib. 7. cap. 19. Sed rectius Navarr. c. 22. num. 7. & 87. Henr. lib. 12. c. 2. n. 1. in comment. Lessius lib. 4.6. 3. num. 63. in 2. edit. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 17. numero 8. alios referens. Basil. Ponce, lib. 7. c. 14. in fine. Coninch. disp. 30. dub. 3. numero 2. Galp. Hurtado disp. 2.1. difficult. 1. n. 6. Paul. Laym. lib. 5. sum. trati. 10. 4. p. cap. 1. in fine, afferunt consuetudine hæc impedimenta sublata esse, liquidum videtur, nec contradicunt. Praetatis plures aliquid ex his impedimentis ligati contrahunt matrimonium nullam dispensatione petita, adeo ut Nau. dicit se non meminisse aliquem qui prædictam dispensationem postulauerit. Quod si aliquis ob maiorem securitatem eam dispensationem velit habere ad Episcopum recurrat, qui spectato iure antiquo, quod in hac parte immutatum non est eam concedere potest, certe Navarr. lib. 4. conf. 1. num. 5. de consanguin. Paul. Laym. d. c. 15. in fine. Sanch. & Lessius supra.

P V N C T V M III.

Quæ sint impedimenta dirimentiæ, & quam obligationem inducant?

1. Statuuntur impedimenta dirimentiæ,
2. Mortale peccatum aduersus illum virutem, in cuius hominem statuuntur impedimentum, committit contrahens aliquo impedimento ligatus,
3. Plura predicta peccata committuntur sacrilegium aduersus Sacramentum matrimonii.
4. Excusari a predicto peccato, si metu contrahens absque animo consummandi.
5. Quando copula habita ab iis qui matrimonio impediti sunt, contineat malitiam distinctam à fornicatione.

I Mpedimenta dirimentiæ matrimonium eram spectato nō 1. ius Conc. Trident. iure ad hos verius reduci possunt.

Error, conditio, vorax, cognatio crimen.

Cultus disparitus, Vis. Ordo, ligamen, honestas:

Si is affinis, si foris core nequivis:

Si Parochi, & duplice de sit præsentia testis:

Raptare si mulier, nec parti redditia tuta.

Hac socianda vetant, connubia facia retractant.

Certum est apud omnes te gravi peccatum commissum, si aliquo ex his impedimentis ligatus velis matrimonium

L 3 contra

contrahere, opponi enim te graci Ecclesie legi. Dubi um autem est quod peccatum committas? Ec quidem te committere peccatum aduersus illam virtutem in cuius honorem impedimentum apponitur manifestum est. Cum autem impedimenta non vnam, sed plures virtutes spectent, non vnum peccatum species, sed diuersum committis. V.g. impedimentum erroris, conditionis, raptus, vis, statuitur in obseruationem iustitia, ne scilicet contrahens ignarus praedictorum impeditorum decipiatur. Quare si aliquo ex his impedimentis tentas aliquem inducere ad matrimonium iniustitia peccatum committis. Ad idem est si matrimonio ligatus tentates cum alia contrahere iniustias elles, non solum contrahenti quem decipis, sed coniugi, cui obligatus existis, eadem iniustiam committis, si absque Paochi, vel testium presentia tentas contrahere, quia contractus absque hac solemnitate prohibetur, ne iniustitia fiat coniugi eam descendendo. Quod si ligatus crimen contrahis iniustiam vindicatiam laevis, in cuius honorem impedimentum hoc oppositum est. Aduersus pietatem delinquis, si impedimento affinitatis, vel consanguinitatis ligatus contrahas. Tandem sacrilegium committis, si cum impedimento viri, vel disparitate cœtus vis matrimonium inire, quia in obseruationem Religionis haec impedimenta statuimus.

3. *Solum est dubium. An ultra predictum peccatum committas alius peccatum sacrilegij aduersus Sacramentum matrimonij. Negat Sanch. lib. 7. disp. 5.n.1. Gaspar Hurtado disp. 12. difficult. 3.n.1. eo quod stante impedimento non apponatur materia, nec forma Sacramenti, cui iniuria irroganda est. Sed rectius contrarium confitit Pet. de Ledein. de mar. 9.50. art. 1. difficult. 3. post secundam conclusionem. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. p. 4. c. 1. in fine. Coninch. disp. 30. dub. 2. concl. 4. eo quod sic contrahentes abutantur nomine, & ritibus sacramenti matrimonij ad simulandum suam nequitiam, quod Sacramento matrimonij iniuriosum est. Neque obest sic contrahentes agnoscere matrimonium subfistere non posse, careréque animo contrahendi. Satis enim est ad peccatum sacrilegij, quod similitate susceptionis intendant. Quod si dicas que simulatione est, cum nulla sit materia, & forma Sacramenti; haec namque est contractus validus, qui stante impedimento dirigitur certus. Respondeo simulationem considerare in eo quod apparet materiam, & formam matrimonij apponit, intendisque videri matrimonium contrahere, cum tamen de facto non contrahas.*

4. *Verum si vel metu coactus contrahas absque animo consummandi ab omni peccato excusaris, quia cessat similitudo, omnibus enim consistit matrimonium nullum esse, lexque Ecclesiastica, vel Divina impedimentum indicens, esti persistat quod irritationem matrimonij, ac cessat quod obligationem abstinenti ab eo contractu nullo, vt recte docuerunt Sanch. lib. 7. disp. 5. & num. 4. & seqq. Coninch. disp. 30. dub. 2. concl. 2. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. c. 1. in fine. Basil. Ponce, lib. 4. c. 1. 6.n.3. Gaspar Hurtado disp. 12. difficult. 3. n. 12. Quippe non est animus Legislatoris astingere ad lœvum legis obseruationem, iracundie ita graui damno. Quod verum habet etiam nisi impedimentum sit iuris naturalis. Nam esto in eo impedimento non possit Legislator dispensare, ut matrimonium constat, bene tamen ut extenuis respondeat, in ea tamen contractus iustitiam matrimonij contrahi.*

5. *Copula vero habita ab iis qui matrimonio impediti sunt non semper habet malitiam aliam à formicatione distinctam, sed solum quando contractus matrimonij prohibetur præcipue ob indecentiam, quæ in ea copula repperitur. Hæc enim ratione copula inter affines, & consanguineos ultra formicationem habet incestus malitiam, quia contractus matrimonij inter has personas prohibitus, non tam ob contractum, quam ob ipsam copulam prohibetur. Et idem est de copula habita ab iis qui disparis cultus sunt, vel vero castitatis ligati existunt. Secus vero dicendum est de copula habitabili ab iis, qui impedimentum conditionis seruilis, criminis, vel raptus ligati existunt: quia hic matrimonij contractus non ob indecentiam copulæ, sed in favore persona liberæ, vel in personam dilecti committi interdicitur. Acque ita docent Sanch. lib. 7. disp. 5. num. 7. Coninch. disp. 30. dub. 2. concl. 2. n. 2. 1. Gaspar Hurtado disp. 12. difficult. 3. num. 14.*

P N C T V M I V.

Qualiter error personæ impedimentum præster matrimonio contrahendo?

1. Error personæ in natura matrimonium dirimit.
2. Error qualitatis, qui sit causa contractus ex plurimis sententiis dirimit.
3. Verius est oppositum.
4. Satis est fundamenus oppositio.
5. Duplex limitatio prædicta sententia opponitur.

Matrimonium in quo error personæ committitur iure requisitus. Si enim credens esse Mariam quacum contrahis, tibi Catharina sponpat, matrimonium non subfistis quia in Catharinam non consentis. Neque obest, quod baptizans, confirmans, vngens, & coelebrans Petrum, quem esse Ioannem credidi, vel vendens triticium Petro, quem Franciscum esse putavi, Baptismus, absolutione, confirmatione, & vestitio subfistunt, quia in iis non spectatur haec vel illa persona determinata, sed quæ presens fuerit, parum enim refer Baptismus, Confirmationi, aliis Sacramenta sic haec, vel illa persona, cui ministratur, id est intentio Ministrorum non ad singularem personam pertinet Petrum, vel Franciscum referunt, sed ad eam quæ presens est. Et idem est in venditione, in qua solum æqualitas inter rem venditam, & premium attendit, non autem persona, cui vendito sit. At in matrimonio vtpotest quod individuum vite coniunctitudinem inter coniuges retinet, maximè interest si haec, vel illa persona, principi cum persona quæ traditur in re inter formale obiectum Sacramenti. Arque ita tradit D.Thom. in 4. d. 30. quæst. 1. art. 2. Sanch. plures referens, lib. 7. disp. 18. num. 12. Sanc. in 3. p. 1. disp. 1. 4. art. 4. ad finem. Gutier. cap. 89. de matr. n. 1. Coninch. disputatio. 31. dub. 1. numero 9. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. p. 4. capit. 2. in princ. Gaspar Hurtado. disputat. 1. difficult. 1.

Verum si error sit circa qualitatem, qui tamen sit causa matrimonii, alias non contrahendit. Graues Doctores, Proposit, scilicet, in cap. vlt. de coniugio leproso in fine. Ioann. Methymna drespos. q. 3. 3. paulo post prædictum. Euerarius cogitandum reliquit in sua centuria legali, loco à matrimonio primaria ad carnale, numero 2. centent in foro conscientia inutilidum esse id matrimonium, fecis in foro externo. Moenianus, quia contractus, cu error causam præberet vel iure naturæ est irritus, vel opere iudicis venit irritatus. At matrimonium semel validum nequit irritari. Ergo affirmare debemus esse ipso iure irritum. Et confirmari potest exempli elemosyna, quæ ex errore qualitatis redditur nulla. Si enī Franciscus quod pauperem existimat elemosynam tribuas nulla est donationis, si ipse dives sit, & tamen sit error qualitatis. Ergo etiam nulla erit traditio tui corporis Mariae facta: eo quod putatis virginem esse, & duitam, aliusque qualitatibus ometam cum ramen his omnibus caeat.

Ceterum omnino tenendum est ex prædicto errore, est causa fuerit, ut matrimonium contraheretur, alias non contrahendum matrimonium non reddi irritum: eo quod non impedit confessum subtilitatem requiritur: hic enim consistit in traditione tui corporis huic persona, quæ traditio non impeditur, tameni deceptus sis, credens esse nobilem, duitum, aliisque dotibus ornatum, quia predictæ qualitates te incitarunt ad traditionem faciendam, sed non fuerint materia, vel obiectum illius. Additum si ob errorem qualitatis, qui fuit causa contractus matrimonii reddetur irritum, passim matrimonia nulla ferent, & facta dissoluenter, quod gravissimum damnum, & inconveniens esset obnoxium. Afferendum igitur est ob locum errorem qualitatis non reddi matrimonium irritum. Arque ita docent Glossa in leg. à Dioce Pio 58. verbo ann. ff. de Ritu nuptiarum. Couartu. 4. decret. 1. punct. cap. 3. §. 7. numero 3. & lib. 1. va ius. resolut. capit. 5. numero 1. Molina, tract. 2. de iustit. disputat. 352. §. illud est observandum. Gregor. de Valencia, 2. 2. disputat. 5. quæst. 20. punct. 4. §. 2. Sanchez lib. 7. disputat. 18. numero 18. Gutier. cap. 89. n. 3. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 2. n. 2. Coninch. disp. 3. dub. 1. cunct. 2. n. 12. & alijs passim.

Neque rationes n. precedenti allatae aliquis momenti sunt. Ad primam respondeo ex errore qualitatis irritare contractus opere iudicis, qui irritationem suscipere possunt. Ac cum matrimonium semel validum haec irritationem suscipere non possit, & ex alia parte ester gravissimum inconveniens, si ob prædictum errorem ipso iure irritaretur, Ecclesia noluit ex hac causa matrimonium irritare. Quod si vrges, sicut Ecclesia irritata matrimonium meru graui contractum, sic irritari poterat contractum ex errore, cum vrges exæquio involuntarij causa? Respondeo esse latum discrimen, nam mens invictus facile probatur, non sic dolus, id est expeditus fuit irritare matrimonium ex meru, sed non ex dolo, ne plura matrimonia dubia essent, & omnia licibus involventur. Ad confirmationem concedo nullam esse donationem illius elemosynæ, quia error commissus est non in qualitate, sed in substantia, ad substantiam enim, & obiectum elemosynæ pertinet vera paupertas non ficta, & simulata, est enim elemosyna miseria aliena sublevaratio. Non ergo sublevari potest a miseria qui miseriam non habet. Secus contingit in matrimonio, cuius substantia, & essentia in traditione corporis pro corpore ad coniugalem vñam constituit, quæ certe non vritatur, tamen adiit error aliquarum qualitatum, quia non ob ipsas est traditio, est ipse ad traditionem excedit.

j. Prædi

Predicant doctrinam dupliciter temperant Doctores, Primo ne procedat in eo qui exprelam voluntatem habet non contrahendi, nisi qualitate existente. Nam tunc nullum erit matrimonium deficientia ea qualitate, non ex errore qualitatis, sed ex defectu substantialis confessus; qui sub conditione appositus est, ut redit Sanch. disp. 18. num. 2. Gutier. cap. 9. num. 6. Layman. trad. 10. part. 4. cap. 2. num. 2. Coninch. disp. 3. dub. 1. à num. 12. & alii. Secundò temperant prædicti Doctores ne procedat, si error qualitas infert errorem personam. Quod contingit, quiaquo qualitatum narratio cōtendit, ut persona alia ignota cognoscatur, qualitasque narratio non communis sunt, sed singulares individuationem personam denotantes. V.g. si te fingers filium Petri primogenitum, cum tamen non sis; quia ea non est qualitas commonis, sed singularis personam indicans; eaque de causa error in ea qualitate non est error qualitatis tantum, sed error persona. Secus est si te diuinitus, vel nobilem fingers; quia sunt qualitates communes non personæ individuationem indicantes, ut latius explicat Sanch. d. disp. 18. à num. 25. Coninch. d. dub. 1. à num. 14.

P V N C T V M V.
De impedimento conditionis servilis.

S. I.

Qualiter conditio seruile matrimonium impedit.

1. Si liber cum ancilla contrahat ignorari seruitutis, est nullum matrimonium. Et quare.
2. Hoc irritatio ex iure gentium prouenit secundum probabilem sententiam.
3. Verius est solo iure Ecclesiastico matrimonium impidire.
4. Quod verum est, si ancilla breui tempore esset libertatem conseruata, esto contra sententiam Sanch.
5. Vnde matrimonium, si libertas concessa est pro aliquo determinato tempore.
6. Liber coniux propriâ auctoritate, detectâ seruitute recedere potest, si scandalum absit.
7. Omnis probandi seruile conditionem aliqui censent libero incumberere. Verius est hanc obligationem ancilla inflata.
8. Si liber conscientia est seruitutis, nulla est matrimonij irritatio.
9. Error seruitutis vera, & proprie, non autem adscriptus, & originaria irritatio matrimonium.

Ceterum est, si liber cum ancilla contrahat, vel libera cum seruo ignorans conditionem seruilem, matrimonium irritum reddi ex Texu espresso in cap. 2. 3. & vñ. de coniugio servorum. Cap. si quis ingenuus, 29. quæf. 2. Et leg. regia 11. tit. 2. par. 4. Ratio huius prohibitions, & irritationis duplex est. Primum tradit D. Thom. communiter receptus in 4. disp. 36. quæf. vñca, art. 1. quia expediri aequalitatem seruati in matrimonij contractu, nisi ipsi contrahentes in aequalitatibus cedant. At liber cum ancilla contrahens, vel libera cum seruo ignorans seruitutem, nequic est in contractu aequalitas, siquidem liber plenam, & liberam sui corporis potestatem concedit seruo, quam tamen seruo libero non concedit; siquidem ratione seruitutis impeditur, ne s'è debitum coniugi volenti reddat, ne eius obsequiis afficiat, ne prolis educationi incumbat; eo quod in domo Domini cogitur afficeri, ibique occupatur, in terras remoras mittit, imò venditur. Secunda ratio huius prohibitionis somnitur ex predicta ratione. Cum enim hic error sit ita gravis, & enormis etiam qualitas sit, & quoniam sicut, vi Ecclesia matrimonium ex prædicto errore irritatur, tametsi ex errore aliarum qualitatum validum relinqueatur.

Dubitante autem Doctores, An haec irritatio ex iure naturali proueniat, an tantum ex iure Ecclesiastico; satis probabile est errore conditionis seruile matrimonium (altem iure gentium irritare, eo quod sit error in statu bonis matrimonij maxime repugnante; quippe adversari mutua cohabitacioni, cum debet seruos in domo domini habitare, & possit in partes remoras mitti. Contradicet bono fidei, cām non possit pro libito reddere debitam, sed cām vacauerit, domine obsequiis satisficerit. Præterea obstat bono prœlisis, siquidem cām alere nequit, cūm omnia Domino acquirat, neque Christianè educaret, cūm non sit in eius potestate. Quoniam non æquæ militare in errore aliarum qualitatum. Nam esto leprosus, morbo contagioso infectus, negligens, banitus nequeant liberè vñli matrimonij, cūlique obsequiis vacare; at id per accidens contingit: in seruo autem per se, vt pote qui statim habet prædictis bonis repugnare. Ergo mirum non

est, quod error aliarum qualitatum non reddit matrimonium irritum, error vero conditionis seruile ex le illud irritum reddit. Sic docent Sylvest. verbo matrimonium 6. q. 1. Angles in flor. 4. sent. 1. p. super disp. 36. q. de errore seruile conditionis, art. 1. dub. 1. inclinat Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 2. n. 3. vers. Porro.

Sed longè probabilius est solo iure Ecclesiastico conditionem seruilem ignoratam à libero impedimentum esse dirimens matrimonij contrahendi, vt pluribus rebus firmat Sanch. lib. 7. de matr. disp. 1. à num. 16. Gutier. cap. 90. num. 1. Coninch. disp. 3. dub. 2. conclus. 1. & alii communiter. Ratio est, quia si ex iure naturali irritum matrimonium esset, ea irritatio debebat protenire, eo quod seruos bonis matrimonij obstat, vel ex deceptione, & iniuria libero coniugi facta. Ex priori capite irritatio esse non potest, alias sue ignorata seruitus, suo cognita effet, cedder matrimonium irritum, neque inter seruos subsistere matrimonium posset, quod nullatenus dicendum. Ex deceptione autem, & iniuria libero est coniugi facta non irritatio iure naturæ matrimonium, sed solùm Ecclesiastico; quia illa deceptio non est facta in substanciali contractu, sed in illius qualitate: substantia namque contractus consistit in mutua corporum traditione ad vitam coniugalem: haec enim in contractu seruū cum libero reputatur, & licet tradicio seruū non sit ita plena, & expedita, sicut traditio liberi, non obinde effectu matrimonij destruitur, etenim matrimonij essentia solūm requirit, vt coniux alteri coniugi obligetur debitum reddere, quoties legitimè impeditus non fuerit. Fundamentum vero num. precedenti adducendum solūm probat conuenientius fuisse, vt ex errore seruutis matrimonium ab Ecclesia irritaretur, quām ex errore aliarum qualitatum, non tamen probat iure naturæ, vel genitum irritari. Quippe esse qualitatem impedientem matrimonij bona per modum status, vel ex accidenti non potest ex se duierum impedimentum constitui, cūm sit solūm accidentialis differentia intra terminos erroris qualitatibus contenta.

Temperat Thom. Sanch. lib. 7. disp. 19. num. 4. cui consentit Coninch. disp. 2. dub. 1. à num. 26. prædictam doctrinam, ne procedat in contractu liberi cum ancilla, cui libertas in iure breue tempus, scilicet sex menses promissa à Domino sit: eo quod videantur cessare rationes, ob quas Ecclesia matrimonium liberi cum ancilla irritum reddidit, & moraliter loquendo reputari debet matrimonium cum libera contractu: siquidem libertatem ita breui tempore consecuta est. Quid enim parum distat, nihil distare videtur. Sed contrarium probabilis censuit Gutier. cap. 90. num. 6. Et Basil. Ponce, lib. 7. cap. 43. num. 1. eo quod Taxis abfoluit irritacionem matrimonium liberi cum ancilla ignorata seruitute, ob deceptione, quam liber patitur, & inuoluntariu[m] quod in tali contractu habere præsumitur, quæ rationes in prædicto casu procedunt; siquidem absolute est contractus liberi cum ancilla seruitute ignorata, id est liber est deceptus, & præsumi iure potest involuntarius esse.

Ita ad verò certum esse debet, si contrahas cum ea, cui libertas concessa est pro aliquo determinato tempore validum esse matrimonium, vt rectè docuit Thom. Sanch. lib. 7. disp. 19. num. 3. Gutier. cap. 90. num. 3. aduersus Sotum, Ledetum, Veggam, & alios; quia absolute cum libera contrahis. Præterquam quod libertas pro quoconque tempore concessa perpetua est. leg. libertas 31. alia 32. iuncta leg. ideo statim sequuntur, fidei nonum testamentum. Ex quo a fortiori constat valere matrimonium. Si cum libera contractum sit, quia non seruus præterita, sed præsentis impedit matrimonij valorem, vt ex communione tradit. Couranum. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 1. Thom. Sanch. lib. 7. disputat. 9. num. 10. Gutier. cap. 90. num. 19.

Adeò certum est matrimonium liberi cum ancilla ignorata seruitute nullum esse, vt liber coniux detectâ propria auctoritate recedere possit, si scandalum absit: quia cūm matrimonium nullam vim habeat, nullo vinculo potest à recessu impediri. Regulatuer autem, si matrimonium publicè contractu sit, de cōcubis, scandalum erit, si abīque iudicio Ecclesia separatio fiat, vt aliis relaris docuit Sanch. lib. 7. disp. 19. numero 7. Gutier. cap. 90. numero 11. Basilius lib. 7. cap. 43. in fine. Quinimò non solum liber, sed seruus recedere per etiam renuente liber: quia ex parte seruū, quālibet liberi contractus nullus fuit, nisi forte ex tali contractu, & deceptione facta dānum aliquod libero illatum sit, cui seruus satisfacere nequeat aliter quām matrimonium ratificando.

Sed cui incumbat onus probandi conditionem seruilem cognitam esse, vel ignorantiam, vt matrimonium inter seruum, & librum validum, vel irritum declarerit: non conveniente Doctores. Nam Henr. lib. 11. de matr. cap. 10. numero 5. credit liberi obligatum esse probare ignorantiam conditionis seruilei, alias præsumendum esse scilicet contractum. Mo- uetur ex Texu in cap. fin. de coniugio servorum. ibi. Mandamus quatenus si confiterit quod miles ignorantem contraxit cum ancilla. Ergo ipsi militi competit ignorantiam probare, siquidem

dem quousque constet de eius ignorantia tuerit ancilla in possessione matrimonij. Adde alleganti ignorantiam pro fundamento sua intentionis incumbit onus eam probandi, ut pluribus comprobat Mascard. de probat. volum. 2. concl. 279. num. 39.

8 Nihilominus contraria sententia affirmans hanc obligationem probationis competere ancille cum libero contra henti longe veriore est, prout docuit Holtiens. in d. cap. fin. verbo constitutus. Et ibi Ioann. Andr. num. 3. Abbas num. 6. Cardinal. in princ. in 1. opposit. Anton. de Batrio num. 6. Alz. and. de Nevo, num. 3. Et Praeposit. quos refert, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 19. num. 8. Gutier. cap. 90. num. 14. Etenim cum iure ipso iuratum sit matrimonium liberum cum ancilla ob inaequalitatem contrahentium, hanc inaequalitatem allegans, habet suam intentionem de nullitate matrimonij in ipsa lege fudatam, à qua remoueri nequit nisi probetur liberum, & cum scientia illius inaequalitatis contraxisse. Ergo non ipsi, sed ancilla valore matrimonij procuranti competit onus probandi. Præterea scientia alieni facti nunquam presumitur, sed potius ignorantia. Reg. presumitur ignorantia, de Regul. Iuris in 6. & leg. verius, ff. de probationib. Et pluribus exornat Mascard. concl. 12. 1. num. 50. Cum igitur presumptio ignorantiae conditionis seruili sit pro liberu ancilla competet scientia probatio, nisi forte tempore contradictus esset eo in loco coniugii seruum communiter nota. Nam eo casu presumitur liber scientiam seruicium habuisse, quia semper quis est presumendus scientiam habere illorum, quæ communiter nota sunt, ut decidit Textus in cap. 1. de populat. prelator. Cap. quod dicti, disp. 16. Et nota quod Gutier. dicto cap. 90. num. 17. Neque his oblat Textus in cap. fin. de coniugio seruum. Nam ibi solum dicitur dissoluendum esse coniugium, si confiterit militem ignorantie contraxisse. Ex eo autem quod ancilla scientiam sui conditionis non probauerit, censendum est constare. Neque semper alleganti ignorantiam incumbit onus probandi, sed solum quando haec ignorantia non presumitur, ut ex ipso Mascardo colligatur.

9 Sæpius in hoc §. repetui, ignorantia seruitur. Nam si matrimonium à libero cum ancilla contrahatur, consilio conditionis seruicii, matrimonium vique subtilitatem, quia hæc irritatio ob deceptiōnem libero factum, & inuoluntarii consensum presumptum inducta est, ut definitor in cap. 2. de coniugio seruum. Et cap. si quis liber. 29. quæst. 2. Et cap. si quis ingenitus, eadem causa, q. Et leg. regia, tit. 2. Et leg. tit. 5. art. 4. Et tradit alios referens Sanch. lib. 7. disp. 19. num. 13. Gutier. cap. 90. num. 23. vbi aduertunt prædicti iuribus derogatum est, leg. cum ancillis. Cod. de incestu nupiar. decidente in malum eis matrimonium inter seruum, & liberum, quia id solum intelligentem est ignorantia seruitur, secus illa det. Quinimodo nullum peccatum videatur liber committere ex eo quod ancillam ducat in uxorem, quia nulli prohibetur, tametsi irregularis censatur. Argum. Textus in cap. si quis viduam disp. 14. ibi: Si quis viduam, aut eiuscum recipere, aut meretricem, aut ancillam, non potest esse Presbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero qui ministerio sacro deseruant, eo quod vilis, aut infamis reputari, sicut docet Sanch. dicta disp. 19. numero 14. Gutier. dict. cap. 90. numero 24. §. 5.

10 Ad extremum aduerte errorem scrutitis veræ, & propriæ matrimonij impedimentum esse, non autem inpropiæ, quælibet adscriptiæ, & originaria. Quippe sive aliqui qui volunt seruus adscripti, quia in perpetuum adscripti sunt glebae, seu agro colendo in communum dominum nihil ex cultura sibi deducentes, præter necessaria ad vitæ sustentationem, quorum filii originari serui appellantur. Cum his ergo si contrahas ignorantia corum seruitur matrimonium tenet, quia hi eis cum seruis similitudinem habeant, verè serui non sunt, sed liberis ideoque à legitimis actibus non repelluntur, ut traduce communiter Doctores in cap. 2. de coniugio seruum. teste Sanch. lib. 7. disp. 19. Gutier. e. 90. n. 10. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. p. 4. c. 2. in fine. Coninch. disp. 31. dub. 2. in inicio.

§. II.

Qualiter serui in uitio Dominis matrimonium contrahere possunt?

- 1 Conuenient fuit hac matrimonia seruorum non irritare.
- 2 Peccat mortaliter Dominus matrimonia seruorum impediens.
- 3 Potest Dominus non obstante quod seruus de matrimonio contrahendo tradauerit, eum in partes remotas vendere, nisi forte ex licencia Domini sponsalis contraxerit.
- 4 Satisfit obiectio.
- 5 Matrimonio contracto sequitur Dominus occupare seruum potest,

- 6 ac si coniugatus non esset.
- 7 Aliqui censem in partes remotas vendi posse.
- 7 Verius est peccare Dominum, si absque virginitate causa eam faciat venditionem.
- 8 Vir renuente uxore nequit se in seruum vendere.

E Tis Ecclesia potuerit irritare matrimonia seruorum ab eo que domiorum consensu celebrata, sicuti potuit irritare eorum in religione professionem, cap. qui vero, 16. quæst. 1. De facto tamen nunquam credimus irritasse, vt colligitur ex cap. omnibus, 29. quæst. 2. & cap. 1. de coniugio seruorum. Etenim cum matrimonium sit à natura concessum, tum ad propagandam generis humani, tum in regnum concipiatur, convenientis maximè fuit, ne illi hominum statui interderetur, maximè cum matrimonium impedimento non sit, quia seruus suas operas in Domini utilitate impecat.

Ex quo fit peccare mortaliter dominum, & ab Ecclesia coerdendum qui seruum suum a matrimonio contrahendo impedit, vel ob eam causam durè tractaret, quia offendit seruum in illis quæ illi natura concessit, vt ex omnium sententia tradit Sanch. lib. 7. disp. 21. à num. 5. Gutier. c. 92. a. n. 1. Basil. Ponc. lib. 7. c. 42. m. 3. Coninch. disp. 31. dab. 2. con. 3. & alii comuni.

Dificultas autem est, An possit Dominus sciens seruum, tractare de matrimonio incundo vendere in partes remotas quo matrimonium impeditur, & se indemnitatem seruit? Et quidem si sponsalia seruus nondum contraxit, certum esse debet posse à domino vendi, quia tunc virat iure suo, & licet in matrimonium impeditur, id per accidens est, nec dominio imputandum, vt recte Sanch. lib. 7. disp. 21. num. 9. Gutier. cap. 91. num. 6. Coninch. disp. 31. dub. 2. num. 32. At si sponsalia contracta sunt, censem Sanch. & Gutier. non posse seruum à domino vendi in eas partes, vbi coniux cum lege commode non posset, quia laederet ius coniugi acquisitionis. Sed hoc verum est credo, quando ex voluntate domini, ciuitatis licentia sponsalia contracta essent, quia ea causa censendum est Dominus tacite promisso matrimonium non impedire, quantum commode possit, ac proinde nisi graui necessitate premures, non posse seruum in eas partes remotas vendere. At si absque licentia domini sponsalia contracta sunt, verius censem absque illo peccato posse dominum vendere seruum in remotas partes, tametsi inde matrimonium impediendum sit, tum in personam quod eo inconsulto sponsalia contraxerit, tum quia illo iure virut, cui sponsalia derogat non ponetur. Sponsa nameque ius non acquisitum ad matrimonium seruus, nisi quatenus seruus se illi tradere poterat. At seruus nequit se illi tradere iura sui domini diminuens. Argum. cap. 1. de coniugio seruorum. Et tradit expressè. Nauar. cap. 11. num. 34. Coninch. disp. 31. dub. 2. m. 37.

Neque his obstat, quod Iudex Ecclesiasticus interpellatus à seruo possit impeditre venditionem prædictam, si absque virginitate domini necessitate fuit. Tum quia ad hunc effectum sufficit quod sit probabile non posse dominum sic seruum vendere, & sit opinio matrimonio fauens. Tum quia præsumere Iudex Ecclesiasticus potest in quo animo eam fieri venditionem solum ob matrimonium impediendum, si absque commode eo in loco vendi seruos potest. Tum denique quia regulariter ex charitate obligati dominus, ne matrimonium levio maxime commodum indirecè impedit, cum sua nouitate.

Matrimonio autem contracto sive ex voluntate dominii, sive non consentiente, sequitur dominus potest occupare seruum, si coniugatus non esset, vt expressè definitur in cap. de coniugio seruorum, ibi: Debita ramen & consuta seruit nominis (quam antea) debet propriis dominis exhibere, & tradit expressè Nauar. cap. 22. num. 34. Saa, verba Matrimonium §. impedimenta dirimentia, num. 1. Henr. lib. 11. cap. 19. num. 4. Coninch. disp. 1. dub. 2. m. 3. Ratio est quia ex matrimonio solum seruus se coniugi obligavit ad coniugalem vivum, quatenus possit absque præiudicio domini cuius est alias matrimonium cederet in gracie domini præiudicium. Ex quo sit potest dominum seruum mittere in partes longinquas causa aliquius negotii quod sua interest expediendi. Si enim potest liber homo luci caprandi cautæ diu ab uxore absesse, tametsi eius continencia periclitetur, cur non potest seruus ob utilitatem domini, cui alii eis est absesse ab uxore potest reique. Sechla tamen vilitate gravi, seruus necessitate nequit dominus diu impeditre seruum, ne uxori accedat; quia saltem id est contra charitatem, in modo contra iustitiam, cum moderatum coniugij vivum permittere debet.

Ao vero possit in partes remotas vendi, vbi eum commode coniux sequi non potest, variant Doctores. Nam Coninch. disp. 31. dub. 2. num. 37. conclus. 5. credit posse absque in utilita vendi, eo quod per matrimonium ius domini non diminuitur, vt ex num. præcedenti constat, peccare tamen contra charitatem, si absque rationabili causa in eas partes rematas re moras videntur.

siquidem lex charitatis quilibet obligat sui proximi dampnum vitare, cum commode possit. At graue dampnum seruos coniugatus patitur in ea venditione, siquidem viu matrimonij perpetuo priuat.

Ceterum Glossa in cap. i. de coniugio seruorum, verbo sauitia. Innocent. ibi num. vni. Sy'uest. verbo seruitus quaf. 7. Petr. de Ledesma, quaf. 52. art. 2. dub. i post solut. ad 5. Sanch. lib. 7. disp. 22. a num. 8. Et seqq. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 42. a num. 5. & ali probabilis existimant non solum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam peccare dominum, si absque virginitate causa, quis esset vitare proprium damnum graue, seruum in remors partes venderet, ubi commode coniux alter sequi eum non posset, siquidem hac via matrimonij viua directe impedit, quod concedendum non est, alias potestas contrahendi matrimonium, quam seruos haber inutilis, & frustrane esset, si posset a domino illius vius omnino impediri. Neque obstat aliquo modo ius dominii in seruorum ex matrimonio diminui, quia id mirum non est, cum matrimonium iure naturali seruo concessum sit, & seruus iure gentium introducta. Debet ergo haec naturali coniugij iuri cedere. Consulto dxi, nisi causa virgens predicta venditoris adesse; et etenim si seruus minaretur mortem domino, aut clam eius bona suriperet, neq; al: à via huic malo commode succurrere dominus possit, nisi seruus in eas remotas partes vendendo, posset viriique tametsi ex eius consensu matrimonium esse contractum, quia tunc ea vendito potius seruo quam domino imputanda est, cum seruus illius fuerit causa, dominus autem ius habet se defendendi, indemneque seruandi, vti docuit Palacios in 4. disp. 30. disp. vndub. 5. Sanch. 4. disp. 22. a num. 10.

Nanquam tamen existimo concedendum esse, quod sentit Sanch. lib. 7. disp. 24. num. 2. posse virum renuentem vxore in seruum vendi. Nam esto ipse caput vxoris sit, & domus gubernationem habeat, non tamen haber fui corporis potestam, sed mulier, ac proinde non potest ita se alteri tradere, vt hanc potestatem vxoris diminuat; diminueret viriique si se feminati addicere posset; siquidem ea stante nequiret vxor prohibito eius corpore viri, sicuti antea, decimusque expresse leg. regia finit. 5. part. 4. ibi: [Si por ventura el marido le tomale fierio a fabriendas por auer ragon de le partir de su mujer, no debe valer, ni se departira el casamiento, antes lo pudefa la mujer demandar, y sacral aude la seru dumbre si quisire. Y esto es porque a derecho ael, que por nae eade muy gran deshonra a ella, y a sus hijos si los hubiere.] Et tradidit Gregor. Lopez. Gutierrez. cap. 91. in fine num. 18. Et seqq. Neque contrarium probat Textus in cap. perlaturi est 29. quaf. 2. ibi enim in ingenui venditione neque approbat, neque reprobauit, sed solum definitum vxorem non esse redigendam in seruitute. Præterea mirum non est, quod illa venditudo valida fuerit cum sit facta dissolute matrimonio per diuorium, ut notauit Basil. Ponce, lib. 7. c. 44. in fine.

S. III.

Quibus in euentibus seruus matrimonium contrahendo libertatem consequatur?

1. Libertatem consequitur, si dominus in coniugem accipiat.
2. Secundum, si dominus seruum, vel ancillam in matrimonium collect cum persona libera ignara seruitus.
3. Ancilla libertatem obtinet, si eius dominus eam nuptiis tradat dotale instrumentum conficiens, Et an hec dispositio extendatur ad seruum?
4. Illus in euentibus, in quibus seruus liber, ait enim consequitur, valet matrimonium ex valde probabili sententia.
5. Verius est maxime in Hispania inuidendum esse.
6. Et satis fundamenta oppositum.

Primum libertatem seruus consequitur, si Dominus in coniugem accipiat. Nam esto Coquartu, in 4. decret. 2. part. cap. 3. & 7. num. 1. Palacios in 4. dist. 20. disput. unica post medium. Molina lesuia disp. 39. §. sextus est. Henrig. lib. 11. cap. 10. num. 4. Saa, verbo Matrimonium, ubi de impedimentis dividuntur. 1. Sanch. lib. 7. disp. 20. num. 1. Gutierrez. cap. 91. num. 1. concil. solo iure regi. Calfella statuto in leg. 1. tit. 13. part. 4. & leg. 5. tit. 22. eadem part. 4. id verius esse non auctent iure communis, cum nullibi habeatur longe verius existimo cum Greg. Lopezib, Gab. Vazq. 3. part. disp. 8. 1. cap. 8. num. 4. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 44. num. 3. Gaspar Hurtado, disp. 1. difficult. 4. & alii non solum iure regio Castella, sed iure ipso naturali hanc libertatem consequi iure etiam communi, cum nihil in oppositum decisum sit. Etenim eo ipso, quo Dominus ancillam suam in matrimonio ducit sociam sui offici, illiusque suam dignitatem communicat, ac tandem potestatem concedit, vt una caro officianur, vt notatum est Authent. de conflitib. 8. si autem collat. 4. Et leg. mulieribus. Cod. de Dignitatibus. Et leg. regia 9. tit. 2. part. 2. Ergo ex iure matrimonij destruktur seruitus, & ingenuitas communicatur, eaque

de causa lex regia 1. nota altera dixit. [Ca tan grān fuerça ha el matrimonio que luego quē es fecho es la madre porendé libre y los hijos legítimos.] Matrimonio inquam concedit hanc efficaciam reddendi seruam liberam, non autem vili legi. Neque his obest, quod Agar vocem ancilla postquam illam duxerit Abrahamus, Gen. 16. 21. Et ad Gal. 4. quia sic appellatur, eo quod ante matrimonium auctor fuit, & post matrimonium non fuerit ad domus gubernationem afflupta, sed in illius iugitatione vt aucta permanferit, tamen si libertatem fuit consecuta. Quod vero Aristotele. 1. Polit. cap. 1. referit apud plures nationes vxores ancillas appellari, solum indicat gentes illas barbaras esse, vel uxores tanquam ancillas misitrat, non quia rei ancilla client.

Hinc recte inficit Basil. Ponce, lib. 7. cap. 44. numero 5. matrimonio eam vim & efficacitatem esse, vt quoties ingenui seruo copularetur eum liberum redderet, nisi ius patrono prius quatinus impedit, que æquum non est eo renuente priuari; nisi forte in penam alicuius delicti commisisti.

Secundum, si Dominus seruum, vel ancillam in matrimonium collocaret cum persona libera ignara seruitus, neque eam detegret, eo ipso seruum, vel ancilla libertatem consequeretur, nulla iudicis sententia requisiuta, vt expressè habetur in authent. ad hec. Cod. de latina libert. ibi: Qui suum ancillam credenti tradidit in matrimonium: anquam liberam, sive concessit dotale instrumentum; aut sciens eam duci taciti ex studio dominum etiam amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Quæ defumpta est ex Authent. de nuptiis §. 5. vero. ver. hoc auctem decernimus, collat. 4. ibi: Non erit iustum tale non constare matrimonium, sed taciti libertatem sequi sive virum, sive ancillam, cum rate a domino sit. Consentit lex regia 5. tit. 22. part. 4. ibi: [casando se seruo aliqua con mujer libre sabiendo lo su señor, e no loo contradiciendo facese el seruo libro porende, e que elo mismo sera si calase la seruo con hombre libre:] subintelligitur quando liber ignarus fuit seruitus, vt explicat lex regia 5. tit. 5. eadem part. 4. Et tradit Couaru. 4. decret. 1. part. cap. 3. § 7. num. 1. Quinimo ex eo solum, quod Dominus scierit matrimonium a seruo cum libero seruitus ignaro contrahi, & seruitum non manifestauerit seruos liberratem consequitur, vt videtur definitum in dicta Authent. & in leg. regia 1. & 5. tit. 5. part. 4. & leg. 5. tit. 22. eadem part. Et licet spectato iure communis requiratur dolus ad hanc penam amissionis serui inducandam, vt colligatur ex illis verbis Authent. tacuerit studio, & tradit ibi Glossa, & Bald. At spectato iure nostro regio, verius est dolum necessarium non esse, sed eo ipso quo scierit matrimonium contrahi, & tacuerit, seruus ad ingenuitatem rapitur, vt colligatur ex dictis legibus regias, & notauit Gutierrez. cap. 91. de matrimonio numero 8. Præterquam quod semper dolus in hac taciturnitate pralumi debet.

Tertio ancilla libertatem obtinet, si eius Dominus eam nuptiis tradat dotale instrumentum conficiens, esto tradat homini libero scienti seruitum ut colligatur ex leg. unica Cod. de latina libertate. Nam esto ibi nihil de scientia seruitus dicatur, subintelligendum est, ut aliquid speciale hac lex statueret ultra hoc quod in Authent. sequenti. Ad hec, est statutum, vt aduerit Abbas in illud n. 1. de presumptionib. Mol. Iesuia. 1. trit. 2. disp. 19. §. septimus est. Sanch. lib. 7. disp. 20. num. 9. Gutierrez. 6. 91. num. 10. An autem hoc dispositio extendatur ad seruum, si eius patronus donationem propter nuptias seu docem confitetur? Negat Sanch. eo quod in dicta legi unica tolos ancillæ mentio facta sit. Quod si vellet ad seruum extendi id explicare, sic fecit in Authent. ad hec Cod. de latina libert. Recusat tamen censuerunt Abbas, & Gutierrez. locis. allegatis, sufficiantes dispositionem ad seruum extendi deberes, eo quod sit eadem ratio. Etenim cum doris constitutio sit propria hominis liberi, eo ipso quod Dominus sua ancillæ, vel seruo præstat censetur liberum facere. Quod vero in dicta legi de sola ancilla fiat mentio, est gratia frequentioris vius; frequentius enim dotale instrumentum feminis conficitur non viris. Ex eo autem quod alter præsente Domino ancillæ dotalia instrumenta conficit, nullatenus censenda est ancilla manumissa, quia Textus solum de domicilio conficiente instrumenta dotalia loquitur. Non igitur ad permissionem excedi debet, vt recte aduerunt Sanch. & Gutierrez. locis.

Grauius tamen est questio, An illis in euentibus, in quibus seruus libertatem consequi ut matrimonio contracto, matrimonium validum sit. Et procedit difficultas de matrimonio contracto serui cum libero seruitus ignaro. Quia in re Glossa in cap. fundi coniugis seruorum, & alii plures, quos refert, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 20. num. 14. affirmatiuam patrem tenuerunt. Tum quia expresse approbatur in Authent. de nuptiis, collat. 4. ibi: Non erit iustum tale non constare matrimonium. Tum quia in Iure Canonico sola coniugia serui cum libero seruitus ignaro irritantur, at præsens coniugium dici non potest esse serui cum libero, cum eo facto definit esse seruus, & liber sit; tum denique quia prædicta seruitus bonis

materi

matrimonij non obest, que est ratio ob quam matrimonium liberi cum seruo irritatur.

Cæterum in præmissa specie inualidum esse matrimonium maxime in Hispania venius censio cum Couartuo. 4. decret. 2. p. 6. 7. num. 1. Gregor. Lopez leg. 1. tit. 5. p. 4. Gutierr. 6. 9. n. 16. eo quod expreſſe in diſta leg. 1. sic declaratum sit ibi. [Emaguere que dico de ſuſo que el ſeruo ſe torta libre, porque ve o ſabe ſu ſenor que ſe caſa, e lo encubie, con todo esto no vale el caſamiento, por que ella no lo ſabia que era ſeruo quando caſo con ciſueras ende ſi despuſes lo conſintie por paſabra o poſtecho, &c.] Ratio autem ea eſt, quia ius Canonicum abſoluē matrimonium ſerui cum libero ſeruitutis ignaro irritum fecit ob deſecum voluntarii, quem liberi habere conſetur. At huiusmodi matrimonium verē contractum eſt a libero cum ſeruo, quia ſeruo vi libertatem conſequatur debet prius contrahere. Ergo contractus ſtante ſeruitute formaliter ſi; ſiquidem preceſſore debet libertatis conſecutionem. Et conſirmo, nullus eſt Textus Canonici Iuris, que hoc matrimonium validum eſſe declaratur, vt ex preceſſenti conſtrare potest. Deficiente autem Iure canonico recurrentum eſt ad Ius Ciuitale cōmune iuxta 1. & 2. de noui operis nuntiat. At in Hispania ius commune ciuitale eſt ius regium non autem ius ciuitale Romanorum, illudque in deſcriptionibus caſuarum ſeruantur eſt, vii probat Didac. Perez in 3. q. proemiali in ordin. regal. vers. his tamen non obſtruitibus.

Neque fundamenta contraria vrgent. Ad primum ex Augment. de nuptiis respondeo ad ſummum probate vbi ius communi Romanorum obſeruantur matrimonium validum eſſe, fecis vbi illius leges vim obligandi non habent. Secundū respondeo eius decisionem ad eſtū ſius Canonicon nullam vi habere poſſe maximē in nullitate, vel valore sacramenti matrimonij declarando, cum hac cauſa ſit ſpiritualis. Ius autem Canonicon (vt probatum eſt) comprehendit ſub deſcriptione ſuſ generali irritante matrimonium ſerui cum libero hunc caſum. Ergo iuri ciuitali non eſt datum contrarium definiere. Tertiū nego in illa Augment. deſcīsum eſſe matrimonium valere, led ſulfum elle vi valeat, ſubintelligit, ſi iſi poſtmodum conſenſerint, vt explicat lex regia relata, & indicant illa verba ſicut ſum libertatem sequi; prius enim ſeruo libertatem conſequitur, & cā obtentum iuſtum eſt matrimonium conſtitare, etiū nullum iam ſubſtituē impeditum eſt. Ad ſecondū nego prædictum coniugium non eſſe ſerui cum libero, eſt viquiescamet libertatem conſequatur ſtatim. Ad tertium, admitto prædictum coniugium bonis matrimonij non obſtare, nego tamen inde inferri validum eſſe. Non enim coniugia ſerui cum libero ſeruitutis ignaro irritant ex eo quod bonis matrimonij aliqualiter obſtent, aliaſ irritari debent, eſto liber conſcius eſſet ſeruitus, ſed irritatur ob deſceptionem libero factam, & involuntarii illius conſentium; hæc autem deſceptione, & involuntarii conſentienti in praefenti caſu adeſt, ſiquidem contrahit cum ſeruo, quem liberum eſſe credit, neque priuilegium potest contrahit, ſi veritatem agnoverer. Quod ſi obiicias hinc inferri libertatem non eſſe conſeffam in matrimonij favorem; ſiquidem matrimonium non ſubſtituē. Negandū eſt quia ad illum effectum ſufficit quod matrimonium abſque vlo impeditum conditionis ſeruſ ſtatim ſubſtituē poſſit, ſi coniuges velint. Addo non ſolum in favorem matrimonij, ſed in penam delicti à Domino ſerui commiſſi, hæc libertas conceditur.

§. IV.

An filij conditionem patris, vel mattis ſequuntur?

1. Quoad ſtatutum libertatis, vel ſeruitutis non patris, ſed matris conditionem ſequuntur.
2. Procedit conſclusio etiam ſuis filium, vel ſilam ex ſua anciilla habuerit.
3. Debet tamen mater, ut ſilis hanc ſeruitutem induat tempore conceptionis, pregnacionis, & partus ſeruitutem effe obnoxia.
4. Quoad nobilitatem, alioque honores filii non ſolam legitimus, ſed naturalis paitem ſequuntur.

I. Quoad ſtatutum libertatis, vel ſeruitutis certum eſt filios non patris conditionem, ſed matris ſequi. Itati ſi mater libera ſi, liberi ſint filii, tamē corum pater ſeruos exiftat. Econtraria vero ſi mater ſeruitutem ſubiecta eſt filii inde natu ſerui efficiuntur, eſto pater libertatem habeat, ſicut deciditur in ſ. penult. inſtit. de iure personarum. ſed & ſi quis inſtit. de iengenuis Leg. partum Cod. de rei vindicat. Cap. ſin. de ſeruſ non ordinand. Rationem tradit D. Thom. communiter receperit in 4. 19. 9. unica art. 4. in corp. eo quod ſeruitus qualitas ſit potius corpus quam animam afficiens, at corpus potius a matri quam a patre procedit, cum in eius vtero formetur, coaugmentetur, & coaleſcat. Si tamen alicubi contrarium conſuctudine intro-

dūctum ſit, illi ſtandum eſt. Quippe ſeruitus iuris eſt humani, ac proinde ex iure humano, quod coſtituit conſuetudo variari potest, vt aperte colligatur ex cap. licet de coniugio ſeruorum. Et tradit Molina trah. 2. diſp. 3. ad finem. Sanch. plures teſſens lib. 7. diſp. 2. 4. num. 9. Gutier. 6. 9. n. 8.

Procedit conſclusio etiam ſuis filium, vel ſilam ex ſua anciilla habuerit, eo ipſe ſeruo ipsius efficitur, vt probat lex ſcunda Cod. ſe mancipium ita fuerit alienatum, iuncta Glossa ibi, verbo filium, & notauit Sanch. diſta diſp. 2. 4. num. 6. Gutier. 6. 9. 3. num. 6. Item procedit, ſue filij ex legitimo matrimonio naſcantur, ſue non, quia Textus relati nullam in hac parte exceptionem faciunt, vii conſtat ex leg. & ſeruorum, verbo deteriorem, 2. 9. 4. Molna diſta diſp. 3. 3. ad finem. Sanch. a num. 10. Gutier. num. 9.

Vt autem filius prædictam conditionem maternæ ſeruitutis induat, opus eſt, vt tempore conceptionis, pregnacionis, & partus mater ſeruitutem ſubiecta ſit. Nam ſi aliquo ex his temporibus libera exiſtit, etiſi aliis obnoxia ſeruitutem ſuerit, filius liber eſt conſensus, vt conſtat ex §. ſed & ſi quis inſtit. de iengenuis, & manuif. Et tradit Glossa in eſta, verbo deteriorem, 2. 9. 4. Molna diſta diſp. 3. 3. ad finem. Sanch. a num. 10. Gutier. num. 9.

Verum ſi de nobilitate, alioque honoribus loquamus, filius 4 legitimus patris conditionem ſequitur, vt expreſſe deciditur in leg. cim. legitime ſi ſtatutum hominum, & leg. regia 3. tit. 2. p. 2. leg. 1. tit. 11. p. 7. Quinimodo eandem conditionem ſequitur filius naturalis, tamē ex concubina domi non rocenti nam ſi vi noſtro iure regio deſcīsum eſt in diſta 1. tit. 11. p. 7. Neque his obeft Textus in lege regia 3. tit. 15. p. 4. excludens filium naturalē patris, & aui honoribus, quia ve re tradit Azeuedo leg. 10. n. 5. tit. 8. lib. 5. nona collect. Rojas de ſiffonib, ab inſtato. cap. 1. Gutier. cap. 9. num. 2. & alij, hæc lex regia 3. loquitur de filiis naturalibus non quibuscumque, ſed ex damnatio coiuratus: Si ergo neq; patris ſuccedunt, neque eius nobilitatem, & honorem participant. Secundū vero qui proprie naturales ſunt, qui ex testamento integrè ſuccedunt patris poſſunt, vt habetur 1. tit. 1. p. 6. & 1. 10. Tarr. & ab inſtato ſuccedunt in duabus vñctis iuxta leg. 8. titul. 1. 3. par. 6. & conſequenter parentis nobilitatem, & honores participare poſſunt.

P V N C T V M VI.

Qualiter vorum, & Ordo matrimonium diſmant?

1. Votum ſimplex caſtitatis non eſt impedimentum dirimenti, ſed fuerit emiſſum in Societate Iesu poſt biennium.
2. Votum ſolemne emiſſum in profiſione Religiosi, & ſuſcepſione Ordinis impedimentum eſt dirimenti.
3. Graues Doctores conſent votum emiſſum in Religione iuuenatur & matrimonium dirimere.
4. Vera ſententia eſt non iure natura, ſed ſolo iure Ecclesiastico.
5. Ordo impedimentum preſtas iure Ecclesiastico matrimonio contrahendo.
6. Qualiter autem Ordo obligeat, & an ſuſcepſus ex metu, ad ante pubertatem matrimonium impedita remittat infundetur.

Conſtat apud omnes votum ſimplex caſtitatis non eſt impedimentum dirimenti matrimonio contrahendo, vii definitum eſt in cap. conſulſus. Cap. rurſus. Qui clericis, vel couenienti. Cap. unico de voto in 6. Ab hac doctrina excipit vñctum caſtitatis, ſimil cum aliis doibus paupertatis, & obedientie emiſſum in Societate Iesu poſt biennium, quod eſt ſimplex ſit, efficaciam habet dirimenti matrimonium, vt conſtat ex bulla edita a Gregorio XIII. quæ incipit Ascendente Domino.

Votum autem ſolemne quale eſt emiſſum in Religione, & in ſuſcepſione Ordinis ſacri impedimentum dirimenti matrimonii eſt matrimonij contrahendi, vt conſtat ex cap. matrimoniis, & ex d. cap. Rurſus. & cap. ſuſ. Qui clericis, vel couenienti. & ex diſto cap. unico, de voto in 6. & ex Conc. Trinit. ſeff. 14. can. 9. Neque de hac doctrina eſt inter Catholicos vila conſtruenda.

Solum dubitabat quo iure vorum caſtitatis maximē in Religionis profiſione emiſſum preſtas impedimentum dirimenti matrimonio contrahendo? Graues Doctores, Durad. in 4. d. 28. queſt. 1. in fine corp. Dominic. ſotus lib. 7. de inſtit. queſt. 1. art. 5. vers. ſed interrogas? Petr. de Soto leſt. 5. de matrimon. ſub ſuſem. Couartuo 2. part. de ſponsal. capite 7. ſ. 4. & alij conſent iure natura matrimonium dirimere, eo quod vota caſtitatis, paupertatis, & obedientie vñctum Religiosum conſtituentibus tradatur Religiosus Religioni obliequenda. At res yni tradita neq; a alteri tradi, ergo nequit Religiosus ſe coniugi tradere matrimonium contrahendo.

Cæterum communis, veraque sententia docet non iure naturæ, sed solum iure Ecclesiastico votum in professione Religionis, & à fortiori in Ordine sacro emissum matrimonium dirimere, sicuti multis comprobat Sanch. lib. 7. disput. 26. à nam. 1. Coninch. disput. 1. dub. 6. num. 67. & seqq. Vazq. 1. 2. disput. 165. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 22. num. 4. Galpar Hurtado disput. 1. difficult. unica. Paul. Layman. lib. 5. summ. tradit. 10. part. 4. cap. 3. num. 1. Ratio a posteriori sumitur, quia matrimonium simul cum professione Religionis cohætere potest, ut manifestè constat in eo qui ex licencia coniugii, vel diuinito legitimo facto Religionem profiteretur. Signum ergo est ne professionem ex se dirimere coniugium, neque coniugium professionem. A priori vero ea est ratio, quia etio Religionis votu continentur se Religioni tradat, ea traditio solum est ut à Religioni gubernetur, & dirigatur in propriæ perfectionis consecratione iuxta Regulas ipsius Religionis. At praedicto fini non obstat coniugium seculi illius vnu, ut convincitur exemplo Beatisimæ Virginis, & plurimi conjugorum, qui Religionem professi sunt, ergo iure naturæ professio Religionis matrimonium dirimere non potest. Relata ergo, ut solum iure Ecclesiastico hanc vim, & efficaciam habent. Præterea votum esse simplex vel sollempne solo iure Ecclesiastico inducum est probatum laet tract. 15. de Voto. disput. 1. & tradit. 6. de statu Religionis ex definitione Bonifac. VIII. in cap. vn. de Voto in 6. & ex Gregor. XIII. in bull. Ascendente domino. At votum simplex omnes facent ex se non dirimere matrimonium, est illud impeditum. Ergo nec votum sollempne illud ex se dirimere poterit, sed solum iure Ecclesiastico, à quo sollemnitatem accipit.

Quoad Ordinem attinet etiam est certum de fide sacram Ordinem vel ratione sui, vel voti castitatis secundum annexi matrimoniorum contrahendum dirimere, ut colligatur ex cap. 1. & 2. Qui clerici, vel vocentes. Cap. à multis de aetate, & qualitate. & cap. placuit. Cap. lectors, & alijs 3. 2. diff. & leg. regia 16. tit. 2. part. 4. Quia autem iure hanc efficaciam dirimendi matrimonium laet Ordo habeat? Variant Doctores. Alij dicunt iure Diuino positivo. Alij iure naturali. Sed rectius sensent qui solo iure Ecclesiastico eam potestatem Ordini concedunt. Quippe nullus est locus Scripturæ, neque Concilii, ex quo colligi possit Christum Dominum hanc potestatem dirimendi matrimoniorum Ordini concessisse. Ex iure autem naturali non illam continet Ordo, siquidem optimè cum Ordine compati potest traditio corporis ad coniugalem vsum. Superest ergo ut solum ex iure Ecclesiastico habeat facit Ordo efficaciam dirimendi matrimoniorum. Atque ita docet Sanchez disput. 28. num. 2. 4. Gutieri. cap. 94. num. 10. Rebelli. lib. 3. queb. 4. Vazq. tom. 3. in 3. part. disput. 249. cap. 2. Basilio Ponce, lib. 7. cap. 27. num. 5. & alijs, & nos latè diximus tract. de Ordin. part. 17.

Supererat dicendum, an Ordo suscepimus obliget ad castitatem, abstinentiamque à coniugio non solum ob votum ibi includum, sed etiam ratione sui ex lege Ecclesiastica? Item an suscipiens Ordinem ex metu cedente in constantem virum vel in ætate impuberi, vel ante vsum rationis, vel ignorans obligationis hac adstringatur obligacione? Sed has difficultates predicto tract. de Ordine punct. 17. examinaui, quibus nihil speciale addendum occurrit.

PUNCTVM VII.

De impedimento consanguinitatis.

- 1 Quid sit consanguinitas?
- 2 Distinguuntur per lineas, & gradus.
- 3 Pro computatione graduum triplex regula constituitur.
- 4 Quæ sit computatio gradum spectato iure Ciuitati, & Canonicæ?
- 5 Quod successiones comparatio ciuilis seruanda, secus quoad matrimonium.
- 6 Consanguinitas impedimentum est dirimens matrimonium contrahendum ex iure positivo.
- 7 An iure nature sit aliqua consanguinitas dirimens matrimonium? Referuntur sententiae.
- 8 Probabilis est in primo gradu linea recta matrimonium irritum esse.
- 9 In alijs gradibus incertissimum est.
- 10 De gradibus linea transversa plures censent in primo iure naturæ esse irritum matrimonium.
- 11 Contrarium verius est.
- 12 Satisfit oppositio rationibus.
- 13 Quodam illatio apponitur.

Consanguinitas (testa D. Thom. ferè ab omnibus recepta in 4. 40. q. vn. art. 1.) est vinculum, seu propinquitas personarum ab eodem stipite descendientium. Dicitur vinculum, quia consanguinei, eo quod ab uno sanguine originem trahunt, seu in uno sanguine communicant vinculo amicitia ligantur. Quod apertius indicant illa verba ab eodem stipite

descendentibus ex eo namque quod ab una radice descendentes & ab ea virtutem accipiunt inter se scutri rami viuis arboris colligantur. Neque opus est illis verbis ab eodem stipite descendientium, addere verbum propinquum ut placuit Paludan. in 4. 40. q. vn. art. 1. Et Couartuu. in 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 6. num. 1. & seqq. Satis enim verbo stipiti hæc propinquitas declaratur, nam etio omnes ab Adamo descendunt, cuiusq; virtus omnibus quoad speciem communiceatur, non ramen quoad individuationem, complexiōnem, morūque similitudinem: haec enim ex stipite propinquuo prouenire debent, ideoque descendentes quo ab stipite remiores existunt, minus stipiti assimilantur, ut optimè notauit Isidorus relatus in cap. consang.

359. 4. Distinguuntur consanguinitas per lineas, & gradus. Linea est ordinata collectio personarum ab uno stipite descendientium, seu omnes personæ consanguineæ collectivæ sumpta. Et haec est duplex, altera recta, altera transversa. Recta est collectio eorum, quorum unus ab alio originatur, & continuæ ascendentæ, & descendentes. Transversa est collectio consanguineorum ab eodem stipite descendientium, quorum unus ab alio non originatur. Quories autem mencio linea sit, nisi aliud exprimitur de linea recta intelligendum est, non de transversa, ut notauit Malcard. Anton. Peregrin. de Fideicommiss. art. 22. & seqq. Gradus vero est habitudo coniunctionis viuis consanguinei ad alterum per ordinem ad stipitem, à quo descendunt.

Pro computatione graduum triplex regula à Doctribus constituitur, ut videtur est apud Sanch. lib. 7. disput. 50. à num. 4. Prima est pro linea recta. Tot gradus vnu alteri coniungit, vel ab eo distat, quod generatiobus ab eo descendit. Vide filius est in primo gradu cum patre, quia media vnu generatione ab eo procedit, ne possumus cum anno in secundo gradu, quia duplex generatio medias, & sic de reliquis. Secunda regula est linea transversæ æqualis iuxta Texum in cap. ad sedem. Et in cap. parentela 3. q. 5. inquit, tot gradibus vnu alteri coniungitur, vel ab eo distat, quot distat à communi stipite is qui remotior est. V.g. Maria est nepos Petri, Francisca eius abnepotis, Paulus vero eiusdem abnepos, hic ab utræque æqualiter scilicet quatuor gradibus distabat, quia tot distat à Petro. Etenim cum tantum ratione communis stipitis coniungantur, nequeunt magis inter se coniugi, quam remotior fuerit illi coniunctus.

In computatione graduum linea recta conuenit ius Ciuitatis cum Canonico, secus in computatione gradu linea transversæ sive æqualis, sive inequalis. Nam ius Ciuitatis computat omnes gradus, qui sunt in personis computatis, cum autem in quolibet sic suis gradus ab alio distinctus, est ab stipite utrumque æqualiter distat plures gradus computat. Vnde affecti duos fratres esse in secundo gradu, seu in duplice gradu cum stipite, quia vnu siveq; siveq; suum gradum habet per ordinem ad stipitem communem. Et duo filii fratrum sunt in quarto gradu, quia vnu siveq; duplice generatione distincta ab alio descendit ab stipite, & consequenter duplum gradum distin-
ctum continet.

Quoad successiones computatio iuri Ciuitatis seruanda est, ut decidatur in leg. regia 3. sit. 6. part. 4. tam in furo Ecclesiastico, quam seculari, ut tradit Couartuu. in 4. decret. 2. p. 6. §. 6. num. 8. In alijs vero contractibus, & actionibus, seruanda est computatio illius fori, ad quem pertinet contractus. At quoad matrimonium fideliū semper computatio iuri Ciuitatis spectari debet, quia in hac parte nihil ius Ciuitatis disponere valer, scutri hæc omnia notarunt Couartuu. sive Sanch. lib. 7. disput. 50. num. 8. Gutieri. cap. 93. num. 11. tractatique à leg. regia 3. sit. 6. part. 3.

Consanguinitas igitur impedimentum est dirimens, matrimonium contrahendum, non quidem ex iure aliquo Diuino veteri. Lexit. 18. quo antiquitas matrimonium dirimebatur, quia illud ius lege Euangelica abrogatum est: nec nouo aliquo à Christo promulgato, quia nullum extat. Sed iure Pontificis, quod olim utique ad septimum gradum extendebatur, ut constat ex cap. ad sedem 3. q. 5. Nunc autem ad quartum inclusum extenditur iuxta Texum in cap. de consanguinitate. Ratio huius prohibitionis est, quia matrimonium, sicut & reliqua omnia ad fouendam charitatem referri debet, ad quem finem maxime expediri matrimonium inter consanguineos interdicere, ut sic homines obligentur cum non consanguineis contrahere, & hac via Respublica in charitate, & amore fundetur. Quippe consanguinei fati erant amor, & familiaritate coniuncti titulo consanguinitatis, ac proinde non indigebant matrimonio ad charitatem fouendam. Expediebat ergo matrimonium, quod vinculum est amoris ad eos tanum qui predicto titulo amicitia carent, extendere. Præterea actus coniunctus

coniugalis quandam ex se indecentiam, & turpitudinem referit, que dedecet reverentiam consanguineis debitam. Deinde cum consanguinei summam inter se familiaritatem habent, eorum pudicitia pericitatur, si inter illos matrimonia contrahi possent. Tandem vslus coniugalis reddetur immoderatus, si amori sanguinis coniugalis amor accederet.

7 Quæctionem habet. An iure naturæ aliquæ consanguinitas matrimonium irritat? In qua varia sunt sententiae, quas latè refert Sanch. lib.7. disp.5. per totam. Nam alij censent matrimonium confidere non posse in linea recta inter patrem, & filium. Alij extendunt ad secundum gradum, alij ad quartum. Alij ad omnes ascendentes, & descendentes. Quoad linæam transuersam aliqui affirmant in primo gradu scilicet inter fratres matrimonium non posse confidere. Alij ad omnes gradus Leuit.18. prohibitos extendunt.

8 Sed in hac varietate mihi probabilis apparet in primo gradu linea rectæ matrimonium iure prohibitum, & inualidum esse, ut communis omnium sententia docet, ut videre est in Caet. 2.2. quæst.154.art.9. circa solu. ad 3. Soto in 4. disp.40. q.unic.art.3.conclus.2. Valen. t.4. disputat.10. quæst.5. pnn.3. §.4. Thom. Sanch. lib.7. disputat.5. num.7. Gutiér. cap.98. num.1.3. Coninch. disp.32. dub.1. conclus.2. num.1.3. Basilius Ponce, lib.7. cap.3. num.4. Paul. Layman. lib.5. sum. tract.10. par.4. cap.6. Gaspar Hurtado disputat.17. difficult.3. Proabant aliqui, quia pater, & filius una persona reputantur. Non igitur inter ipsos matrimonium confidere potest. Præterea matrimonium æqualitatem respicit inter coniuges, cum unus alteri suum corpus ad vslum coniugalem tradat; at inter patrem, & filiam, & à fortiori inter filium, & matrem æqualitas esse non potest, cum semper debeat descendens suo progenitori subiici. Ergo. Hanc tamen rationes leues sunt. Nam ictu una persona reputantur pater, & filius, de facto duæ persona sunt distinctæ. Ergo ob distinctionem irritari matrimonium non potest. Deinde est genus genitore inferior sit, & subiectus iure naturæ, hanc tamen subiectio non obstat, quin in ordine ad vslum coniugalem æqualiter habeat. Quapropter ex his rationibus solum probatur conueniens non esse prædictum matrimonium, non tamen conuinetur esse irritum, idèque conclusionem hac consideratione probandam censeo. Matrimonium ad copulam referatur; copulam autem inter consanguineos primi gradus linea rectæ omnes gentes, immo bruta animalia horrent, & auferuntur, teste Aristot. de hist. animal. lib.9. c.49. Et Plinio lib.8. histor. natural. cap.42. Et docet Ambros. epist.66. ad Paternum. Ergo credibile non est humanum genus hanc à Deo acceptissime potestatem tradendi corporis ad vslum ita horribilem, & turpem. Neque inde fit stante extrema necessitate propagandi genus humanum, eo quod filius pater, & filia, vel filius, & matei subsistunt, non esse licitum, nec validum rale matrimonium: ut docent Caetani. 2.2. q.154.art.9. Petri de Ledesma, 9.54.art.3. difficult.1. Egid. Coninch. disp.32. dub.1. num.14. Gaspar Hurtado, disp.17. de mary. difficult.3. & alij. Quia turpitudo, & indecentia quæ in ali matrimonio reperiatur ob reverentiam consanguinei ita inuctis debitant, sufficienter honestari videtur ob necessitatem generis humani propagandi: ad quem finem matrimonium diriguntur, sicut in omnium sententia honestatur, si ob aliquem finem honestum Deus in prædicto matrimonio dispensaret. Atque ita ut probabilitas defendit Thom. Sanch. plures referens lib.7. disp.5. num.1. Gutiér. cap.98. n.1. Henr. lib.12. cap.9. Basilius Ponce, lib.7. cap.3. num.4. Paul. Layman. lib.5. sum. tract.10. p.4.c.6. n.1. Fautique huius sententia aliquilater D. Chrysostom. 44. in Gen. Et D. Ambros. lib.1. de Abraham. cap.6. quatenus excusant filias Loth à culpa in concubitu cum patre, eo quod putarent nullum superfusile virum, qui generationi deferiret posset. Dixi aliquilater, quia si Doctores non excusat filias Loth à culpa, eo quod credant in prædicto eventu licitum fuisse copulum, sed quia existimant illas ignorantiam inuincibili laborasse, tum existimantes omnes alios homines periisse, tum credentes illo remedio vi potuisse etiam matrimonio non contracto, quod à veritate alienum est.

9 Quod vero in aliis gradibus extra primum iure naturæ matrimonium irritatur; incertissimum est. Nam Sanch. lib.7. disput.5. num.1.5. plures referens Basilius Ponce, lib.7. cap.8.1. num.6. negant, eo quod auctor non sit principium nepitis, neque aucta nepotis; sed solum applicant principium. Idèque non deberet eis ea reverentia, quæ patri deberet, ac proinde non est ea turpitudo, & indecentia, quæ in accessu cdm parente certatur, ob quam credendum sit negatum à Deo ascendentibus, & descendebus hanc potestatem sibi mutuo corpora tradendi in coniugium. Alias non solum in quarto, sed in quinto, & vltiori gradu in infinitum matrimonium iure naturæ prohibitum est. Alij vero scilicet Scotus in 4. d.40.q. unic.art.2. Bellarmin. lib.1. de matr. cap.28. Coninch. disp.32. dub.1. conclus.3. num.16. Paul. Layman. lib.5. tract.10. par.4. cap.6. num.2. Gaspar Hurtado disp.17. difficult.4. cen-

seur iure naturæ veterum esse matrimonium descendens cum quolibet ascendentem, eo quod ab eo dependeat in suo esse, illamque ob eam causam reverenti debet, cui reverentia vslus coniugij obflat, ut ex vslu omnium gentium bene institutum liquet; Argum. leg. Nuptia ff. de Riu nuptiar. ibi. Nuptia confidere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum, liberorumve suis, suis proximi, suis vltioribus suisque in infinitum. Et l. vlt. ff. eodem tit. ibi: iure gentium in eis committit, qui ex gradu ascendentium, vel descendientium uxorem duxerit. Ex his constat, quæ in eis sit, an matrimonium inter ascendentem, & descendente iure naturæ irritatur. Sed quia matrimonij valor quoad fieri possit sustinendus sit, & quia negari non potest, quo quis magis à suo principio distat, minus illi esse coniunctum, minorumque illi reverentiam debet, minùsque in honore sibi in matrimonio iungi, credo extra primum gradum, vel saltem secundum linea rectæ iure naturæ coniugium non irritari. Nam quod ultra quartum gradum non irritatur, ea ratione conuinctor. Pontifices in cap. ad sedem 35. quæst.5. ad septimum gradum impedimentum consanguinitatis extenderunt, postmodum Innocent. III. in cap. nos debet de consanguinit. & affinit. ad quartum restinxit. At hi Pontifices non solum de gradibus linea transuersa, sed etiam rectæ locuti sunt, alij posset quis cum sui ascendentem in secundo gradu matrimonium contrahere, lequens opinionem probabiliter illud matrimonium iure naturæ irritum non esse. Ergo ultra quartum gradum nulla est prohibitio etiam in linea rectæ.

Vero si de gradibus linea transuersa loquamus Abulensis. 1. Leuit. 18. q.5. Sotus in 4.d.40.q. vnic.art.2. Cottavria. in 4. decret.2. p. cap.6. §.10. num.1.5. Sanch. alii relatis. disp.5. num.11. Bellarmin. t.28. Valen. t.4. disp.10. quæst.5. pnn.3. & contrauersa. Paul. Layman. lib.5. sum. tract.10. par.4. cap.6. num.3. Gutiér. cap.98. num.2.0. & alij censem matrimonium in primo gradu huius linea scilicet inter fratres iure naturæ irritum esse. Quibus fauet Innocent. III. in cap. gaudemus de Dignit. vbi de conuersis ad fidem inquit. Si in secundo, vel vltioribus gradibus contraxerunt non esse separando, taciti innueris separando esse, si in primo contraxerint. Ratio est, quia actus coniugalis ob turpitudinem, quam præ se fert aduersatur naturali pudori, ac reverentia, quæ sanguine ita iunctis debet. Et quia periculum nō leue haberent fratres libidinosi affectus ob continuam cohabitationem, si sciens coniugium non sibi à natura esse interdicendum idèque plures gentes tales copulam & matrimonium deresta sunt, ut refert Aristoteles lib.1. polit. cap.2. Et Abraham Genes. 12. alterans Saram eis sibi, facit, satis putavit suspicionem coniugij à se removere, quod non præstaret, si coniugium cum sorore confidere posset.

Cæterum verius censem iure naturæ prædictum matrimonium inter fratres valere, uti docuit D. Thom. 2.2. quæst.154. art.9. ad 3. Caetani. ibidem. Alexand. Ales. 3. part. quæst.35. memb. 6. Scotus in 4. d.40. quæst. vnic. Durand. ibidem. q. vnic. num.9. Richard. art.1. qu.2. Et alij pluribus relatis Basilius Ponce, lib.7. cap.32. num.3. Coninch. disp.32. dub.1. num.1.9. Gaspar Hurtado disp.17. difficult.5. num.11. Morucor, qui id quod iuri naturali contrarium est omnes gentes dereliquerunt, nullo tempore licitum esse reperiuntur. At coniugia inter fratres ab initio mundi licita fuerunt, tamen per illa etiam genus humanum latius propagantur fuerint interdicta, ut refert notarium August. lib.15. de ciuitate Dei. cap.16. Plurimque gentes bene instituta ea coniugia sustinuerunt, telle Palatini lib. de nobilitate filij, cap.3. num.1. & seqq. in Romana provincia refertur in aliquibus partibus eam consuetudinem vigere. Signum ergo est ea matrimonia iure naturæ irritum non esse.

Neque rationes contrariae vrgent. Nam Innocent. III. in cap. gaudemus, solum decidit secundo, & tertio gradu coniugios separando non esse. De primo indecensum reliquis eo quod sub opinioni esse constitutum. Ad rationem autem negamus eam indecentiam in copula coniugali statim reperi, ut ob eam credendum sit iure naturæ ea matrimonium irritari, alij à principiis non valent. Præterquam quod maior, vel saltem æqualis indecentia reperiatur in eo quod unus duabus sororibus copuletur, vel duo fratres vni uxori; cum tamen in his sepe dispensatum sit. Ex periculo autem incontinentia nequit colligi inuidum esse matrimonium, sed ad summum illicitum causâ legitimâ deficiente. Ad sadum Abraham facit est quod matrimonio inter fratres frequenter non contingent, non tamen conuinetur nunquam contrahi posse.

Ex his à fortiori infertur iure naturali non dirimi matrimonium inter nepotem, & amitam, inter patrum, & sobiranum, cum minorem indecentiam ea copula præ se ferat, vi deamùsque sapè cum magnis Principibus esse à Pontifice dispensatum.

De impedimento affinitatis.

- 1 Quid sit affinitas?
- 2 Ex qua copula oriatur affinitas?
- 3 Ex penetratione vasis feminae absque seminazione, vel ex seminazione extra vas non tritus affinitas.
- 4 Non est necesse copulam licet am. & coniugalem esse.
- 5 Verius est spectato iure naturae affinitatem ex copula fornicaria non oriri.
- 6 Satisfit argumentum oppositum.
- 7 Ad quem gradum extendatur affinitas?
- 8 Aliqui confessant iure naturae irriuitum esse matrimonium in affinitibus primi gradus, tam linea recta, quam transversa.
- 9 In nullo gradu affinitas ex copula fornicaria irritat matrimonium iure naturae.
- 10 Affinitas linea transversa ex copula coniugali orta nequaquam dirimere matrimonium iure naturae.
- 11 Verisimiliter est nullum affinitatem lineam rectam matrimonium iure naturae dirimere.
- 12 Falsus fundamen. num. 8. adductus.
- 13 Solvuntur fundamenta num. 9. relata.

Affinitas est propinquitas personarum ex copula carnalis proueniens, nullâ ex se præsupponit parentela. Sic D. Thom. receptus ab omoibus in 4. dñs. 41. qust. 2. vñica art. 1. qst. 2. Glossa in arbore affinitatis 2. qst. 5. Etiam cum per copulam vir, & feminam una caro efficiantur, consanguinei feminæ redduntur viri affines, & propinqui qui eodem gradu aut sunt cum feminâ, & consanguinei vir redduntur affines, & propinqui feminæ in eodem gradu sunt cum viro. Iuxta Glossam in cap. non debet, verbo in secundo de consanguinitate & affinitate, deciditur in cap. Fraternali 3. qust. 10. ibi: Si una caro fuerit, quoniam poterit aliquis eorum propinquus uni pertinere, nisi pertinenter alia caro efficiantur.

Hinc manifestè inferitur ex penetratione vasis feminæ absque seminazione, item ex seminazione extra vas feminum naturale affinitatem non nascit, vt probat Textus in cap. extraordinaria 33. qst. 5. Quinimum in probabili sententia absque viri, & seminazione: quia plurius placet non improbabiliter utriusque seminacionem generationi necessariam esse, ac proxinde matrimonij consummationi. Nescio quid obstat Textus in cap. inueniens de sponsalib. & cap. Fraternali, de eo qui cognovit consanguinitatem viri sue, vbi decernit separandum esse virum à conjugi, ex quod sororem eius pondum lepidem dixerit, & fortas cum ea tentauit coquimur, nec porci, extraordinariè libidinem polluit. Non inquam obstat, iam eo casu non sit separatio ob impedimentum affinitatis, sed ob impedimentum publica honestatis, loquitur enim Pons de sponsalibus. Quapropter ex matrimonio quocunque consummatum sit, etiò oriatur impedimentum publica honestatis, de quo infra, nulla tamen affinitas nascitur, hæc enim copulam necessaria requirit, vt desinuit Pius V. in bullâ editâ Kalend. Iulij anno 1568 super declaracionem Concilij de impedimento affinitatis, que incipit: Ad Romanum: & exprefserat legi regia, ist. 6. part. 4. & multis comprobatur Sanch. lib. 7. disp. 6. numero 2. 5. Gutier. cap. 99. num. 7.

Nullo tamen modo necessarium est copulam, ex qua affinitas nascitur licet non coniugalem esse, nam ex fornicaria sit sufficere ad affinitatem inducendum saltem iure Ecclesiastico, ut confiteat Tulent. fess. 24. de reformat. cap. 4. & habet in cap. discretionem, de eo qui cognovit consang. &c. Solù n. est dubium, An specie iure naturali ex copula fornicaria nascatur affinitas? Negant nasci Navarr. lib. 4. consil. tit. de sponsalib. c. 57. alias titul. de consanguinitate, cor. 1. 2. Ledesma. 2. part. qust. 17. art. 2. paulo post princ. Victoria sum. vbi de matrimonio 296. Henr. lib. 12. cap. 1. num. 2. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 6. 5. num. 9. Mouentur primo ex leg. non facile affines &c. sciendum ff. de gradibus affinit. ibi: Sciendum est neque cognationem, neque affinitatem esse posse, nisi nuptia non intercedit sive ex quibus affinitas coniungitur. Secunda affinitas ex copula fornicaria nulla sunt imposita nomine, scilicet sine imposita affinitibus ex legitimo thoro. Ergo siq[ue]m est apud gentes nullum esse huius affinitatis vellendum. Tertio, & præcipue, quia ex copula fornicaria nulla nascitur propinquitas, quæ amicitiam, seu reuerentiam ex-

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Etiam inter consanguineos. Non enim filius excitatur ad amorem, reuerentiam exhibendam feminæ à suo puto turpiter cognita. Ergo nulla ex tali copula affinitas nascitur.

Sed longèerior est contraria sententia, quam docuit Ioan. Andr. in cap. 1. num. 3. de conuersis infidel. Etibi Anton. num. 2. opposit. vñica. Cardinal. iiii in princip. num. 1. opposit 1. Venerum 1. part. speculi art. 47. in probat. secunda conclusio. Reb. lib. 3. de marim. qust. 1. conclus. 2. Coninch. disput. 32. dub. 4. conclus. 1. n. 19. Gaspar Hurtado disput. 20. difficult. 2. & colligitor ex leg. liberi 4. Cod. de Nuptiis, vbi statutur, ne filii ducant parentum concubinas, quia id minus religiosum, & probabile est. Sentit ergo Alexand. Imperator ex predicta copula affinitatem oriri, & quod magis est. Amos 1. num. 7. tanquam grauius simum scelus reputatur quod pater, & filius introrint fornicandi causa ad candem puellam, cuius nulla alia causa, vt rectè auctorit. Egid. de Coninch. esse poterat, quam quia per talen copulam contrahatur affinitas. Ratio vero ea est, quod ideo per copulam coniugalem nascitur affinitas, quia per ipsam efficiuntur coniuges una caro, vñisque sanguis. At aquæ propriè efficiuntur qui copulam fornicariam habent, vt exprestè dixit Paul. 1. ad Corinth. 6. n. 15 ibi. An nescit qui adhuc merentur (scilicet per fornicationem) unum corpus efficiunt. Errat, inquit, duo in carne una. Ergo contrahatur propriè affinitatem cum alterius consanguineis, vñque accedentes ad corum sanguinem.

Neque argumenta in coartatum vigent. Nam lex Non facit, negat affinitatem imò & cognationem ex nuptiis interdictis non absolute, sed quodammodo quos ciuiles efficiunt, scilicet successionem, sicut etiam negat cognationem, & affinitatem capite diminutis, non quidem cognationem, & affinitatem naturalem, hæc enim tolli non poterat, sed ciuilem in ordine ad successionem. Ad secundum nego affinitibus ex copula fornicaria non esse imposita ea nomina, quæ affinitibus ex copula coniugali. Sunt etiam. Frequenter tamen non sic appellantur, eo quod hæc affinitas non honoris, sed decedoris sit. Ad tertium admitto ex predicta copula fornicaria non nasci affinitatem, quæ amorem, & reuerentiam exigit. Ad id necessarium non est, satis enim est quod sunt una caro. Præterea nego ex tali copula per se sumptu non nasci amicitiam, & reuerentiam: nascitur namque, cuius signum est, quod filius etiam patre mortuo abhorreat eorum cum patris concubina, non patris turpitudinem reuelat. Quod si in concubina odium, & non in eius amorem exciterit, id nascitur, quia ea copula eius patri perditionis occasio erat.

Porro affinitas, existit antiquo usque ad septimum gradum, sicuti consanguinitas ex tendebatur iuxta Textum in c. nullum. cap. equaliter 3. 4. qust. 3. at nunc restricta est ad quartum gradum ex Texu in c. non debet de consanguinitate & affinitate. Et licet in illis Texibus nulla sit mentio affinitatis ex copula illicita, cùm ex hac affinitas oriatur, sicut ex copula licita Cap. discretionem. De eo qui cognovit consanguineam vxoris suis: omnes Doctores teste Gutier. cap. 99. num. 11. extendunt eam affinitatem ab eodem gradus, ac extendunt affinitas ex copula licita, nisi novo Concil. Trident decreto fess. 24. cap. 4. de reformat. matrimonij, ad secundum gradum restricta esset.

Quæsto igitur est, An aliqua affinitas iure naturae irritum reddat matrimonium? Negari non potest esse indecens, & peccatum absque legitima causa matrimonium contrahere cum affine in primo gradu sive linea recta, sive transversa, maximè si affinitas ex legitimo thoro nascatur, vt probat Coninch. disput. 32. dub. 4. num. 5. Sanch. disput. 52. num. 7. Sed, An, tale matrimonium irritum tam in affinitate linea recta, quam transversa? non est constans. Doctorum sententia. Nam Paludan. in 4. d. 41. qu. 1. art. 5. conclus. 2. S. Antonin. 3. part. tit. 1. art. 1. & alijs plures relati à Sanch. lib. 7. disp. 52. num. 5. sentent non solum in affinitibus linea recta, sed etiam in affinitibus linea transversa matrimonium iure naturae irritum esse in primo gradu. Mouentur ex illo Marth. 14. & Marc. 6. vbi Ioannes Baptista reprehendit Herodem, eo quod vxorem fratris sui accepit, neque valer dicere accepisse illam viuentem fratrem suo Philippo. Contrarium enim dicit Chrysost. hom. 4. in Marth. & probabile reputat August. lib. de fide, & operib. cap. 19. At Herodes Legi Moysi Lxii. 18. non reuelat turpitudinem fratris tui, non astringebatur, vñpot qui Genitilis erat, & non Iudeus. Ergo quia aduersus legem naturalē delinquebat reprehendebatur a Baptista. Secundum in cap. gaudemus de diu tuis deciditur infideles ad fidem convertoles, si in secundo, vel tertio gradu affinitatis existant non esse separandos. Ergo supponitur eis separandos, si in primo gradu conciliuntur. Tertiò secundum valde probabilem sententiam matrimonium constitere nequit inter fratrem, & sororem, at vxor fratris soror reputatur, eo quod per copulam una caro sunt effecti. Ergo vxor fratris nequit eo morioru esse vxor alterius fratris.

Alij grauius Doctores census affinitatem linea recta in primo gradu, v.g. inter priuagum, & noucrem, vel priu-

M. guam,

gnum, & viaticum, locorum, & nutrum, locorum, & generum matrimonium irritum esse iure naturae: sic docent Nauar. lib. 4. consil. tit. de sponsalib. conf. 1. edit. 2. Sotus in 4. d. 41. quest. vniuersitatis. art. 3. circa finem. Couaruu. 4. decree. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 6. Valquez tom. 2. quies. 74. art. 8. disput. 112. num. 7. Coninchi. disput. 32. dub. 4. concil. 3. num. 5. Valent. 1. 4. disp. 10. quest. 5. p. 3. ver. tertio controversia est. Bellarm. cap. 2. 8. de matrimonio iuratum. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 6. assert. 5. num. 5. & alij relati à Sanch. lib. 7. disput. 66. num. 6. sumitur ex leg. si adulterium §. quareff ad leg. lib. de adulterio. Et ex leg. vlt. §. nauerca ff. de conditione sine causa, in quibus haec nuptiae incestuosa vocantur. Et præcipue ex cap. 2. Amos. ubi tangam celum granitum exaggeratur quod filius, & pater iuerint ad puellam confuprandam, quia eo facto inquit Textus, nomen sanctum Dei violarunt: id est gentibus talis copulam detectantibus occasione, præbuerunt nomen Dei blasphemandi; ob quam eausam Paul. 1. Corinth. 5. Corinthios reprehendit, eo quod inter ipsos audiret fornicarios, qualis neque inter genitos, ita ut vxorem patris sui aliquis habeat. Neque credendum est Deum in antiqua lege Leuit. 20. peccata grauiissima ignis peritum; quia supra vxorem filiam duxerit matrem eius, nisi hoc coniugium natura legibus maximè aduersatur. Deinde est argumentum à ratione. Matrimonio namque coniuges una caro efficiuntur, ergo reuerentiam, quam filius patri debet, tandem ferme exhibere tenetur sive nouerex, ut colligitur ex August. lib. 22. contra Faustum cap. 6. 1. relato in cap. 5. vir. 3. quies. 3. At negari non potest esse contra reuerentiam patri debitam, si eius vxori filius commisceatur. Et confirmatur, inter consanguineos linea recta iure naturae consistere nequit matrimonium in primo gradu: at affines & quæ à matrimonio, ac consanguinei excludantur, cap. 1. de consanguinitate & affinitate. Ergo matrimonium inter affines in primo gradu esse non poterit iure naturæ spectato.

10 Ceterum aliter in hac questione dicendum existimat. Et in primis certum esse debet affinitatem ex copula fornicaria procedentem in nullo gradu iure naturae matrimonium irritare. Nam esto ex illa copula affinitas nascatur, quod probabilius ensuitus est tamen quædam affinitas minus perfecta, quæ nullo iure probat potest matrimonio impedimentum esse. Præcipue cum videamus sapè in hac affinitate Pontificem in sacra preuentoriaria dispensare, quod nullatenus præstarer, si iure naturae ea affinitate matrimonium irritaretur. Atque ita ut certum tradunt Sanch. lib. 7. disput. 66. num. 3. Rebali. lib. 3. de mar. quest. 1. 5. concil. 2. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 6. concil. 5. num. 6. & alij Doctores in conclusionibus sequentibus referendi.

11 Secundo affinitatem linea transuersa nascentem ex copula coniugalium nequaquam matrimonium iure naturae dirimere. Tenent hanc sententiam innumerii Doctores, qui variis tractatus ediderunt in defensionem matrimonij Henrici VIII. cum Catharina, quod ipse conabatur irritum esse, eo quod prius cum suo fratre nuphilis, & præter eos docent Couaruu. 4. decree. 2. p. c. 6. §. 10. num. 7. & seqq. Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 2. 8. Valent. 1. 4. disp. 10. 4. p. 5. pun. 3. vers. in alia autem gradibus. Sanch. lib. 7. disput. 66. num. 11. Basil. lib. 7. c. 14. num. 3. & alij apud ipsos, qui referunt sapè Pontificem haec affinitate dispensare, quod nullatenus faciat si iure naturae matrimonium dirimeret. Et Clemens V. I. authoritate Pontificia declarauit dispensationem concessam à Iulio II. Henrico VIII. pro matrimonio cum Catharina eius coniuge validam fuisse. Unde de hac questione nullus videtur dubitandi locus. Præterea in statu legis natura Jacob duxit Iam, & Rachelem fratres. Gen. 29. & Iudas Gen. 32. eidem scimus concessi duos fratres in viros, & Deuter. 27. cauimus erat, ut frater vxorem fratris sui abfilius liberis defundit ducetur, que nullatenus permetterentur, si illud coniugium iure naturae aduersatur. Denique indecentia, que in hoc matrimonio reperitur, non videatur tanti momenti, ut ob ipsam asterrendum sit Authorum naturæ non concessisse affinitibus potestatem se in coniugium trahendi.

12 Tertiò dico verisimilius esse nullam affinitatem linea matrimonium iure naturae dirimere, que est sententia D. Thom. 2. 2. quies. 154. art. 9. in solut. ad 2. Et ibi Caeteran. Alexand. Alen. 2. p. q. 169. memb. 2. & 3. p. q. 17. memb. 4. art. 2. §. 2. Henr. lib. 11. c. 1. num. 2. & 3. p. q. 1. num. 5. Sanch. plures referunt lib. 7. disput. 66. num. 7. Basil. Ponce. lib. 7. c. 34. num. 5. Rebali. obligat. in p. 2. p. lib. 3. q. 1. num. 10. & colligunt manifeste ex Concilio Agathensi can. 6. & Concilio Epaenenti can. 30. ubi prohibetur matrimonium contrahere cum primitiva, cum nouera caeliida, vel auunculus, at si contractum sit ante eam prohibitionem decernitur sustinendum esse, quod evidentissimum signum est validum à Pontifice reputari. Idem constat ex Concilio Aurelianensi 3. can. 10. vbi hac verba habentur. De inceptis coniunctionibus ita quæ sunt seruentur, ut si qui aut modo ad baptizandum veniant, aut quibus patrum statuta sacerdotali predicatione ante in notitiam non venerunt, ita prounitate conversionis, ac fidei sua credidimus consilendum, ut contracta hucusque huiusmodi coniugia non soluantur, sed in-

futurum, quod de inceptis coniunctionibus in anterioribus causis novibus interdictum est obseruerur, id est, ut ne quis sibi sub coniugij nomine sociare presumat reliquitam patris filiam, vel fratrem fratris, sororem uxoris, sobrinam, consobrinam, vel reliquias auunculus, vel patru. Ergo sententia Pontifex iure naturæ predictam affinitatem matrimonium non dirimere, alias conuersi ad fidem separandi essent, vixit qui inuidè contraxissent. Fautque huic sententia illud Reg. 3. c. 2. vbi Adomas absit Ablisca vxorem patris sui defuncti in coniungem. Et quod tradit Valerius Maximus, lib. 5. cap. 7. de Seleuco Syrie Rego qui prudenter (inquit) filio suo Antiochio periculose agitant ob amorem Stratorices nouerex sue eam illi in coniugem conciliet. Etenim cum matrimonium iure naturae irritum esse non possit feculso errore, nisi ex defectu potest generationem, vel quia coniuges se mutuo subici non possint ad debitum reddendum, prolem educandam, & familiam gubernandam, vel quia Deus ob indecentiam in matrimonio reperit noluit potestatem concedere hominibus ad tale coniugium. Et in matrimonio, quod illus verbi gratia cum uxore parentis sui defuncti contraheret nihil horum reperiatur, coniunctur iure naturae irritum esse non posse matrimonium ex vita affinitate. Minorem prob. Affinitas in primo gradu linea recta non constituit impotentiam ad generationem, vt de liquet, neque impedit debitum coniugium subiectiōne. Nam esto filius reuerentiam debet uxori patris sui, id non tollit, quin ipsa matrimonio contracto subiectiōne possit in domestica gubernatione. Neque item ex eo quod fuerit uxori sui patris oritur tam gravis indecentia, ut causā virginis honestatē non possit cum ea coniugium. Si enim honestatē coniugium in affinitate linea recta ora ex copula fornicatoria, cui non honestatē potest in affinitate omnia ex licita copula, cum haec affinitates solidū differant penes magnitudinem & minus. Hinc inferendum est, huius infideles in primo gradu affinitatis coniuncti sint, & ad fidem coniunctur nul- latenus separandos esse, nisi forte iuxta ritum suum legum tale matrimonium irritaretur, ut constat ex prædictis Conciliis, & notariis Veteruz. 2. p. p. 2. art. 2. & curia sicut. Henr. lib. 11. cap. 19. m. 5. Sanch. lib. 7. disput. 66. num. 8.

Supradicti satisfacere fundamentis aliam sententiam. Er quidem ea quæ num. 8. adduximus probacione iure naturae affinitatem in primo gradu linea transuersa matrimonium dimittit facilius. Nam primo despicio ex reprehensione à sancto Joanne Baptista Herodi facta, negamus Philippum fratrem Herodis mortuum esse, sicuti negat S. Thom. in libro Matrit. Et Beda in eum locum Marci. Et alij apud McDonat. Et Ioseph. lib. 18. antiquit. c. 6. Sed gratis concepsit Philippum mortuum esse, adhuc Herodi non licebat uxori fratris sui habere, eo quod Leuit. 18. coniugium cum uxore fratris demortui liberos relinquens prohibitum est, & Philippus reliquerat filiam Herodiam latraticem: & Herodes quamvis Gentilis esset, quia tamen erat filius Iudei cuiusdam legi Moysis astringebatur. Ad secundum ex c. gaudentia de diuinitate, respondeo ibi nec negari, neque affirmari, an coniuncti in primo gradu separandi essent, præterquam quod potius de gradibus consanguinitatis, quæm affinitas Textus loquitur. Ad tertium est concedamus inter fratrem, & solem matrimonium iure naturae consistere non posse, non inde inferitur non posse cum uxore fratris demortui, nam esto per matrimonium coniuges affiancari una caro, extrinsecce ramen.

Dificilliora sunt fundamenta num. 9. adducta, ad probandum iure naturae esse irritum coniugium cum affinitate in primo gradu linea recte, at nullatenus coniunctur, ut si sententia Pontificum declaratione firmata recedamus. Ad primum de sumptum ex leg. si adulterium. & ex leg. vlt. concedo nuptias cum iis affinitibus incestuosa esse, quia sunt prohibite obincidentia, & irritare iure communī spectato, secus iure naturae. Ad secundum ex loco Amos, respondeo merito granitum scelus reputatum esse, quia fuit quoddam adulterium, & indecentissimum, sicuti fuit illud quod Paulus 1. Corinth. 5. reprehendit, vieniente enim parte illoque renidente filius uxori patris sui copulabatur teste Caeterano, Sedulio, & alij relatis à Lulliano, & Cornelio in illum locum. Quod vero Deter. 20. penit. ignis prædictum coniugium puniatur, inde solum coniunctur esse indecentissimum, ac prout homines ab eo auertendos esse, neque tale coniugium permitendum, nisi ex virginissima causa, & quia haec rato contingere potest, ideo Pontifices nunquam in hac affinitate dispensarunt. Tertium ex ratione petitum probat indecens esse feculsa virginissima causa prædictum coniugium, non tamen probat irritum esse. Minorem namque reuerentiam nouerex, quæm mari, à qua esse accepti, exhibere teneris. Ad confirmationem dico quæm affines in primo gradu, ac consanguineos excludi à matrimonio contrahendo, si ius posticum possitetur, secus si ius na-

De impedimentis cognitionis spiritualis, & legalis.

- 1 Quis sit cognatio spiritualis?
- 2 Quae personae afficiantur?
- 3 Quis sit cognatio legalis?
- 4 Quis possit adoptare?
- 5 Quoniamplex sit adoptio.
- 6 Cognatio legalis est triplex.
- 7 Qualibet ex his cognitionibus impedimentum est dirimens matrimonio contrahendo.
- 8 Hoc impedimentum cognitionis legalis plures censent ex sola adoptione perfecta oriiri.
- 9 Verius est oppositum.
- 10 Solvantur contraria fundamenta.
- 11 Prima species cognitionis legalis durat perpetuam.
- 12 Aliqui censent extendi hoc impedimentum ad omnes descendentes adoptati sine termino. Alij ad secundum gradum. Alij ad quartum.
- 13 Reiciuntur hi dicendi modi.
- 14 Solum inter adoptantem, & adoptatum huc cognatio, & impedimentum intercedit.
- 15 Cognatio legalis linea transuersa contrahitur, & perseverat, dum filius sub potestate adoptantis existit.
- 16 Cognatio legalis per modum affinitatis perpetua censenda est.

Cognatio spiritualis; secundum omnes Doctores, est propinquitas personarum iure Ecclesiastico inducta ex susceptione, vel concessione Sacramenti Baptismi, & Confirmationis, estque impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, ut constat ex toto iure de cognatione spirituali. Et c. 1. codens tit. 6. Et Conc. Trid. sess. 24. c. 2. Etenim per Baptismum regenerator spiritualiter puer, & per Confirmationis Sacramentum in eis reboratur. Decuit ergo, ut sicut per carnalem generationem contrahatur cognatio matrimonium impediens, sic per huiusmodi regenerationem, & reborationem contrahetur saltem ab his personis, quae immediate concurrent.

2. Antiquo iure plures personas hoc impedimentum afficiebat, ac specie. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. solum afficit baptismum, & de facto facit levantes comparationem baptizati, illiusque patris, & matris. Et idem est in Confirmatione, omnibus inter alias personas huius cognitionis impedimentis sublati. Ut baptizans, vel confirmans hoc impedimentum contrahat nihil aliud requiritur, quam quod verum Sacramentum ministraret. At sulpiciens baptizatum, vel confirmatus debet esse designatus, & rationis compos, & non Religiosus, & sulpiciere baptizatum in Baptismo solemniter, in modo secundum probabilem sententiam per se ipsum, vel hinc omnia latius profectu sumus traximus, de Baptismo punct. 11.8. c. 2.

3. Cognatio legalis est propinquitas personarum ex adoptione propinquas. Adoptione vero est actus legitimus, per quem filius aut nepos qui non est naturam sermē imitans, vel ut placet D. Thom. communiter recepto, in 4. dist. 42. questione 2. est legitima sulpicio extranea persona in filium, vel nepotem, vel deinceps. Vraeque definitio in idem recedit. Dicitur actus legitimus, seu legitima suscepit, quia debet esse secundum leges tum Civiles, tum Canonicas. Dicitur suscepit, quia per eam sulpiciens adoptans in filium, vel nepotem, quem a natura non habet, & quo natura defecit supplet. Dicitur extranea persona, quia est extra adoptantis potestatem. Dicitur in filium, vel nepotem, quia nemo in fratre, vel patrem adoptari potest. Leg. nec apud Cod. de haren. diff.

4. Ut autem quis alterum adoptare possit debet esse masculinus, femininus namque exscriptio Principis non est datum adoptare, eo quod filios sub sua potestate non contineant. Item debet esse sui iuris, & maior vixi quinque annis, quia illas sua administrare nequit. Deinde naturaliter potens ad liberos gignendos, quia in defecuum filiorum, quos specialiter natura habere posset permititur adoptio, ideoque debet adoptatum excedere saltem octodecim annos, ut ratione patris pater illius esse possit, quia ad similitudinem filii carnis haec adoptio inducta est. Quinimo si adoptionem perfectam scilicet arrogationem praeflet quadraginta annos completere debet, ac tandem neque absens adoptare potest etiam per procuratorem, sed necessariò adoptans praeclens esse debet, ut ipse qui necessariò debet esse sui compos adoptio nisi perfecta sit conferiat. Quae omnia habentur inservit, & ff. de Adoptionib. Et late tradit Angel. verbo Adoptioni, n. 4. Sylvest. quest. 2. c. 5. Sanch. lib. 7. disp. 6; num. 3. Molina t. 2. disp. 227.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Adoptione vero, ex qua cognatio legalis oritur duplex est, alia perfecta, in qua rescripto Principis persona extranea, quae sui iuris est transire potest, & familiam adoptantis, sicuti alii filii legitimi. Quæque dicitur arrogatio, quia à principe rogatur adoptans, an velit adoptatum in filium, vel nepotem habere, & adoptatus an id fieri consentiat. Imperfeta vero est, qua autoritate cuiuslibet iudicis merum, & mixtum imperium habentis persona extranea esto sui iuris non sit, sed sub alterius potestate constituta in filium, vel nepotem assumitur. Quæque patri adoptuo non succedit necessario ex testamento, sicuti succedit arrogatio, sed solum ab intellectu, ut constat ex §. fed hodie, §. adoptio, §. item, & alii insit, de adoptionib. Et leg. regia 7. tit. 7. part. 4. Et leg. 1. & 2. Cod. ff. de adoptionib. Adoptione vero abesse auctoritate Principis, vel Magistratus effecta, etiam publice fiat nullius est effectus, quia praedicta leges hanc conditionem pro forma expolunt, quæ deficiente corrut actus, ut bene notauit Abbas in cap. viii. num. 3. de cognat. legali. & ibi Ioann. Andri. num. 1. Angelus, verbo Adoptioni, num. 3. Sylvest. eadem, q. 3. Gregor. Lopez, leg. 7. tit. 7. part. 4. verbo sacerd. Sanch. lib. 7. disp. 6. 3.

Congregatio legalis ex adoptione sue perfecta, sue imperfecta prouenientia triplices est. Prima in linea recta inter adoptantem, & adoptatum, ut habeatur in §. ergo non omnes, insit. de Nuptrijs. Et leg. quin etiam ff. de Ritu nuptriari. Et leg. regia 7. tit. 7. part. 4. Secunda est lateralis, seu in linea transuersa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis, de qua in §. inter eas, insit. de Nuptrijs. Et leg. per adoptionem ff. de Ritu nuptriari. Et dicta leg. regia 7. Et cap. unico De cognitione legali, cap. per adoptionem 30. quest. 3. Tertia fundatur in legali quadam affinitate, ad similitudinem affinitatis carnales inter adoptantem, & vxorem adoptati, & inter adoptatum, & vxorem adoptantis iuxta leg. adoptionis ff. de Ritu nuptriari. Et dicta leg. regia 7. tit. 7. p. 4. & tradit D. Thom. receptus ab omnibus in 4. 42. q. 2. art. 3. in corp.

Quamlibet ex his cognitionibus impedimentum esse dirimens matrimonio contrahendo firmante fidei omane Doctores, ut videtur est in Abbate Rub. de cognat. legali num. unico. Alexandro de Nevo cap. unico, num. 10. eodem tit. Sylvest. verbo Matrimonium 8. quest. 8. D. Thom. in 4. d. 42. q. 2. art. 2. in corp. Etib. Bonavent. art. 2. quest. 2. Soto ibi quest. 2. art. 1. vers. de adoptione, & art. 2. in fine. Gregor Lopez leg. regia 7. titul. 7. part. 4. Gallego de cognat. legali. cap. 3. num. 6. Lancelloto insit. iuris Canonici, lib. 2. tit. de triplex cognat. vbi de legali, §. legalis cognatio. Basilio Ponce, lib. 7. cap. 41. num. 2. Sanch. lib. 7. disp. 6. num. 17. Guriel. cap. 102. num. 4. Paul. Layman. lib. 1. summa tract. 10. part. 4. cap. 7. num. 3. Coninch. disp. 12. dub. 3. Gaspar Hurtado disp. 19. difficult. 2. num. 1. Eteam cum legibus civilibus Hispaniis relatis statutum sit, quamlibet ex superdictis cognitionibus impedimentum esse dirimens matrimonio contrahendo, & a iure Canonico in Rubrica de cognitione legali approbata si in communi cognatio legalis efficietur quamlibet ex superdictis cognitionibus impedimentum esse. Sed specialiter prima species cognitionis legalis linea recte approbata est a Nicolao Papa in c. diligere 30. quest. 3. tanquam impedimentum dirimens matrimonij contrahendi, ibi. Quidam quidem nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filii sunt veneranda Romanae leges matrimonij contrahendi permituntur. Secunda vero species cognitionis legalis in linea transuersa approbatur in c. per adoptionem, eadem causa, & q. sed præcipue in c. un. de cognat. legali statutum impedimentum esse dirimens. Si quidem inquit Textus nuprias consilere non posse inter filium legitimum, & sotorem adoptatum. Verbum enim potest preposita negatione tollit potest, & reddit actu nullum ut pluribus exponat Sanch. lib. 6. disp. 38. num. 20. Præterquam quod verbum consilere preposita negatione indicat nullam consistentiam nec valorem habere prædictam matrimonium. De tercia specie solum est difficultas, an impedimentum præstet matrimonio contrahendo, eo quod nullo Textu iuris Canonici, à quo impedimenta statuenda sunt approbata repertiar, sed id non obicit, quia satis est quod in Rubrica generaliter approbetur, & consuetudine Romana Ecclesia confirmetur, sicuti recte notarunt Sanch. Hurtado, Layman, & alii Hispani. Ratio autem ob quam hoc impedimentum ab Ecclesia statuum est ea esse videtur, que in consanguinitate, & affinitate carnali. Quippe ex predicta adoptione nascitur quidem specialis amor, & amicitia inter adoptantem, & iusque filios carnales, & adoptatum. Ergo ut matrimonium quod amoris vinculum est ad alios extraneos extendatur. Præterquam quod adoptatus speciali reverentia prosequi teneat adoptantem, cui reverentia non leviter copula obstat. Denique adoptatus cum adoptante, iusque vxore, & filiis habitan debet. Si autem matrimonium ipsius interciduum non esset, facile in libidine lenaberent. Merito ergo Ecclesia illis matrimonium intercidit.

Restat duplex questio. Prima. An predicta cognitione legalis impedimentum præstantis matrimonio contrahendo oritur

M a non

non solum ex adoptione perfecta, scilicet arrogatione, sed etiam ex imperfecta: Grauiissimi Doctores, & latius probabiliter censent ex sola adoptione perfecta oriri. Sic Innocent. in cap. viii. num. unico de cognat. legali. Sylvest. verbo Matrimonium 8. quæst. 8. dictio 4. Ledesm. 2. part. 4. quæst. 59. artic. 3. fine Henricq. lib. 1. cap. 12. num. 3. Petri de Ledesma de maritim. quæst. 7. artic. 2. conclusio. Sanchez. alios referens lib. 7. disp. 63. n. 9. inclinant Coninch. disp. 32. dub. 3. in fine. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. par. 4. cap. 7. num. 3. Ochagavia. quæst. 58. de matrim. Mouentur primò, quia hæc cognatio legalis constituta est ad similitudinem cognitionis carnalis: & hoc necessarium petit filium sub potestate parentis constitui. Ergo &c. Secundò constitutus ad similitudinem eorum qui legimè natu sunt. Quam similitudinem habere adoptiu[m] nequeunt, quouique in potestatem, & familiam parentis adoptantis adsciscantur. Tertio ex vi huius cognitionis legalis dirimit matrimonium inter adoptuum, & filios carnales adoptant, quod nullatenus esse potest, nisi uterque sub potestate adoptantis sint constituti. Quartò ratio præcipua, ob quam Ecclesia hoc impedimentum constituit iuxta D. Thom. in 4.d. 42. quæst. 2. artic. 2. in corp. est ob vitandum periculum incoaciendi inter se cognatos. Quod necessariò futurum esset matrimonio non interdicto. At si adoptatus in potestatem adoptantis, cuiusque familiam non transit, prædictum periculum cessat, cum simul non habent. Ergo Quinio impedimentum matrimonij in dubio potius restringi, quam extendi debet ob matrimonij fauorem. Cum ergo statuum sit cognitionem legalem impedimentum esse matrimonij contrahendi de cognitione legali orta ex adoptione perfecta videtur intelligendum; siquidem hæc est propria adoptio, alia solùm est ad perfectam adoptionem dispositio, inquit D. Thom. dub. 42. quæst. 2. artic. 1. ad 1.

Nihilominus contraria sententia senior mihi videtur, & in prædicto sequenda, quam docent Glofia in cap. unico ad finem de cognat. legali. Et ibi Holsten. in fine. Abbas num. 5. Courtau. in 4. decreto. 2. part. cap. 6. 8. 5. num. 2. Gregor Lopez leg. 7. tit. 7. part. 4. verbo que profilaron. Tolter. lib. 7. sum. cap. 4. num. 7. Rebello. de obligat. insit. 2. par. lib. 3. quæst. 7. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 4. 1. in princip. Galpar Hurtado disp. 19. difficult. 2. num. 3. August Barbola de pœsi. Epis. 3. part. alleg. 5. 1. in fine. Guriell. de maritim. cap. 102. & alij plures quos referunt Sanchez. disput. 63. num. 8. vbi hanc sententiam valde probabili censent. Ratio est, nam adoptio ex qua adoptatus non transit in potestatem, & familiam adoptantis vocatur impotestata, id minus perfecta, quam arrogatio, atamen in se vera, propria, & perfecta adoptio est, sique communiter appellatur, ut colligunt ex §. adop. insit. de adop. insit. Et leg. adop. insit. ff. de Ritu nuptiar. Et notatur exp̄s in leg. regia 7. tit. 7. part. 4. At Textus ex iure Canonico, in quibus cognitione legalis impedimentum assertur de adoptione absolute loquuntur, ut videtur est in cap. ita diligere. Cap. per adoptionem 30. quæst. 3. & cap. unico de cognat. legali: Ergo absque fundamento firmo restringitur cognitione legalis, ut solūm procedat in arrogatione: lex namque absolute loquens absolutè intelligenda est, nec distinctionibus eius efficacia minuenda, ut inquit Textus in leg. non distinguimus, 8. cum similib. ff. de recip. arbitr. 10.

Neque fundamenta opposita obstant. Ad primum concedo hoc impedimentum inductum esse ad similitudinem cognitionis, sed non obinde inferitur omnia quæcumque cognitione carnali interuenient debere in hac cognitione adoptio intercedere. Satis enim est quod sicut filius carnalis succedit patri, & ad patrem referunt, suo modo adoptius succedit, & ad patrem referunt. Eodem modo respondemus ad secundum. Ad tertium admittit cognitionem ortam ex adoptione imperfecta non dirimere matrimonium inter adoptatum, & filios carnales adoptant, quia inter ipsos non est cognatio, sicut inter adoptatum, cuiusque uxores. Ad quartum concedo cessare prædictas rationes, sed quia non certa ratio reverentie, & amicitiae inter cognatos, ob quam hoc impedimentum Ecclesiam diximus statuisse, nec prædictum impedimentum cessat. Ad ultimum admittit impedimentum matrimonij restringenda esse, quantum verba legis illa statuerint permisserint. At verba legis nullatenus permittunt restringi impedimentum cognitionis legalis ad solam arrogationem cum simplex adoptio vera, & propria adoptio sit, ut probatum est.

Secunda quæstio est, quantum durer hæc cognatio legalis, & ad quorum gradum extendatur? Dicendum est in prima specie cognitionis legalis linea recta, scilicet inter adoptantem perpetuo durare impedimentum matrimonij contrahendi, ut probat Textus in §. ergo non omnes, insit. de Nuptiis. Et leg. quæst. 53. ff. de Ritu nuptiarum. & cap. ita dirigere 30. quæst. 3.

Sed ad quorum gradum, hæc cognatio extendatur? variant Doctores. Nam Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 13. D. Thom. in 4.d. 42. art. 3. in corp. Sylvest. verbo Matrimonium 8. q. 8. dictio 2. Venerabil. 1. part. Speculi art. 60. conclusio. I. Vgolin. de Sacram.

vbi de matrim. cap. 19. num. 3. & alij censent extendi ad omnes descendentes adoptati sine termino. Mouentur, quia iure Ciuii hæc cognatio ad omnes descendentes in infinitum extenditur, ut probat Textus in §. ergo non omnes, ver. & hic ades, insit. de Nuptiis. At iure Canonico approbata est cognatio iure Ciuii inducta, cap. ita diligere 30. quæst. 3. ergo, & Alij vero, ut Henric. lib. 12. de maritim. cap. 1. num. 3. ergo, & censent solūm ad secundum gradum extendi, scilicet inter adoptantem & adoptatum eiusque filios, argumento desumpto ex affinitate carnali orta ex copula illicita, quæ spectato iure novo Con. Trid. solūm ad secundum excidunt. Alij, ut Nauar. 2. 2. n. 45. Faber insit. de Nuptiis §. inter eas num. unico. Sous in 4. d. 42. quæst. 2. artic. 2. conclusio. 2. Tole. lib. 7. cap. 4. num. 7. Valen. 1. m. 1. disp. 10. quæst. 5. p. 3. post istum. Saa, verbo Matrimonium, vbi de impedimentis num. 6. Basili. Ponce, lib. 7. cap. 4. 1. num. 3. & alij censent ad quartum gradum extendi, ex quod hæc cognatio est ad similitudinem cognitionis carnalis, ut cognatio carnalis reficitur est ad quartum gradum cap. non debet, de consanguinitate. & affinitate. Ergo hæc cognatio censenda est ad eum gradum restricta. Nam quoies duo se habent ut mensura, & mensuratum, lex corrigens mensuram censetur corrigere mensuram.

Sed hi modi dicendi nullatenus mihi probantur. Non primus, quia Textus in §. ergo non omnes: nullatenus dicit ad omnes descendentes cognationem extendi, sed ad summum ad filios adoptati, ut constat ex illis verbis, ut quamvis per adoptionem parentum, liberorum loco sibi esse ceperint, non possint inter se matrimonio inire. Neque etiam placet secundus modus dicendi Henrici, ut ipso absque vilo fundamento inveniatur, cum cognitione legalis non minus immiter cognitionem carnalem ex copula illicita, quam ex illicita. Præterquam quod restricta affinitate ex copula illicita non debet censeri restricta cognitione orta ex adoptione, quæ diuersissima est. Neque item probanda est restrictio, vel extensio ad quartum gradum. Nam est cognatio legalis ex similitudine ad carnalem constitutur, non inde inter cognitionem carnalem est mensura legalis, alias cognatio legalis non solūm in linea recta, sed transuersa ad quatuor gradum extendetur. Præterquam quod cognatio carnalis, & affinitas restricta sunt ad quartum gradum, ne palli matrimonia invalida essent, eo quod sunt impedimenta frequissima, quod nullatenus procedit in cognitione legali, quæ raro contingit.

Quocirca mihi maximè probatur sententia Sanchez. lib. 7. 14. disp. 63. num. 34. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 7. n. 3. Gaspar Hurtado disp. 19. difficult. 2. n. 7. Coninch. disp. 3. dub. 3. initio, assertentum solūm inter adoptantem, & adoptata, hoc cognitionem, & impedimentum intercedere, quia haec persona tantum iure canonico exprimitur. Ut cum adoptata aliqua persona censeatur adoptari omnes illi qui tempore adoptionis sub eius sine potestate, ut aperte probat lex sibi paternitatis ff. de adoptionib. efficitur sane hoc impedimentum cognitionis legalis linea recta extendi ad omnes illos, qui sub potestate adoptata erant tempore adoptionis nullo modo inter adoptantem & ipsos vilo tempore matrimonium contrahi posse, sed ad alias personas non extenderunt. Quare matrimonium confistere potest inter adoptantem, & filiam adoptati, quia post adoptionem nata fuit extra potestatem adoptati. Item cum filia filia adoptiva, quia mulier oeminentia haberet in sua potestate, s. feminis nulli. de adoptionib. Item cum quisuscunque filius illegitimus adoptati, quia hi non possunt esse in adoptati potestate. & vlo. inff. de Nuptiis, sicut norauit Sanchez. d. disp. 63. n. 35. Courtau. 4. decreto. 2. part. cap. 6. §. 5. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 4. part. cap. 7. num. 3.

Secundo dico cognitionem legalem linea transuersa: scilicet inter filios carnales adoptantis, & ipsum adoptatum contrahenti, & perficerent, dum sub potestate adoptantis existunt, ut probat Textus in cap. viii. de cognat. legali. Cod. per adoptionem 30. quæst. 3. Et leg. per adoptionem ff. de Ritu nuptiar. & inter eas insit. de Nuptiis. Etenim cum hæc cognitione legalis inducta sit ob similitudinem fraternitatis, quia inter filios carnales, & adoptatum reperiuntur, tandem censetur persistere, quamvis iū sub adoptantis potestate permanent. Quocirca quoies partia potestas soluitur vel morte adoptantis, vel emancipatione secundum leges, vel filii adoptivi, vel naturalis cessat impedimentum prædictum, & matrimonium contrahere potest, ut ex omnium sententia tradunt Abbas. Cardinal. & Prepositi. in dicto cap. unico. Gregor Lopez in dicta leg. 7. tit. 7. part. 4. verbo los p̄s. Sanchez. disput. 63. num. 30. Paul. Layman. dicto cap. 7. num. 3. Basili. Ponce. lib. 7. cap. 4. 1. 4. Coninch. disput. 3. 2. dub. 3. Ad alias personas haec cognatio non extenditur, quia nullus est Textus ex quo extenso colligi posset. Quare non extenditur ad filios adoptatos inter se, neque ad eorum parentes cum adoptante, neque inter filios adoptatos cum illegitimi adoptantibus. Nam Textus in cap. viii. de cognat. legali decidit non pessi filium adoptatum cum filio carnali & naturali adoptantis contrahere daturate patris

potestate: at filius illegitimus non solet naturalis appellari, & ex alia parte non est sub potestate patria. Ergo cum ipso non prohibetur matrimonium, uti notarunt praedicti Doctores, quidquid sine fundamento dicat Basil. Ponce, d. cap. 41. num. 4. de filiis illegitimis.

16 Tertiò dico cognationem legalem, qua per modum affinitatis contracta est inter uxorem adoptans cum adoptato, & inter uxorem adoptam cum adoptante perpetua est, eo quod reterentia, cui iniuritur perpetua sit, sicuti decūlum est in leg. adoptiuus, 14. ff. de Ritu nuptiar. Et leg. regia 8. titul. 7. p. 4. Et tradit ex omnium sententia Sanch. lib. 7. disp. 6. 2. n. 24. Layman. Basil. Coninch. Galpar Hurtado locis allegatis. Neque ad alias personas haec cognatio extenditur, cum de iis tantum personis iura loquantur.

P V N C T V M X.

De impedimento publicæ honestatis.

- 1 Quid sit impedimentum insitum publicæ honestatis?
- 2 Non est iurius naturalis, sed positiuus.
- 3 Unde hoc impedimentum iure antiquo ortum haberet, expenditur.
- 4 Quid Trident. in hoc impedimento statuerit.
- 5 Refutatio Concilij solum pro sponsalibus, non pro matrimonio rato intelligitur.
- 6 Aliqui censent ex sponsalibus nullis ob defectum consensus, vel ob aliud impedimentum occultum nasci hoc impedimentum.
- 7 Oppositorum verius est.
- 8 Ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis oritur hoc impedimentum affirmant Sanch. &c. alij.
- 9 Sed contrarium tenendum est.

I Impedimentum iustitiae publicæ honestatis ortum habet ex sponsalibus de futuro, & matrimonio de præsenti, ex eorum quod quis sponsalia, vel matrimonium cum aliqua contrahat, propinquus fit omnibus consanguineis sua (sponsa), & econtra sponsa propinquus facta est consanguinei sui sponsi. Appellator autem hoc impedimentum iustitiae publicæ honestatis, quia iustitiae, & æquum est ob publicam honestatem, decorum, & decentiam impedit, ne sponsus cum consanguineis sua sponsa, vel sponsa cum consanguineis sui sponsi contrahat.

2 Hoc impedimentum non est iurius naturalis, vt de se constat, & fatentur omnes, sed est iure Ecclesiastico introducsum, vt conflat ex cap. si quis uxorem. Cap. si quis deponit suorum 27. qu. 2. Cap. litteras de sponsis, impuber. Cap. inutriens. Cap. venient. c. ad audiendum. Cap. sponsalia de sponsal. & cap. unitio de sponsalib. in 6. & Conc. Trid. sess. 24. c. 3 de reform. mar.

3 Iure antiquo hoc impedimentum sive ex sponsalibus, sive ex matrimonio extenderetur ab consanguineis intra quartum gradum Nam licet Textus de hoc impedimento loquenter gradum illius non expresserint, sed folium dixerit extendi ad consanguineos sponsi, vel sponsa: cum consanguinei post Innocent. III. in cap. Non debet de consanguineo & affinitate, intra quartum gradum, & non ultra reputentur, efficiunt hoc impedimentum ad consanguineos intra quartum, & non ultra extendi.

Retus oriebatur ex sponsalibus, & matrimonio puris. hoc est absoluus, & cum certa persona initis, sive valida, sive irrita fuerint, modo non fuerint irrita ex defectu consensus, nec prædictum prioribus afferent, est expressa decisio. cap. 20. de sponsalib. in 6. Quare ex sponsalibus, vel matrimonio conditionatis ante impletam conditionem nullum impedimentum nascetur, quia conditionis consensum suspendit, efficiuntne sponsalia, vel matrimonia ante illius eventum effectum habeant. Implerat vero conditio qui censem eo ipso absque novo consenso sponsalia, vel matrimonium constitere, affirmabunt nasci impedimentum, secus qui nouum consensum requirunt. Item neque oriebatur impedimentum ex sponsalibus meu vel errore personae, vel absque sufficiente deliberatione, veròque consensu celebratis, quia haec sunt nulla ex defectu consensus, bene tamen ex sponsalibus, vel matrimonio ex aliquo alio impedimento, vel solemnitatis defectu irritis, vti declarauit Cardinalium congregatio apud Farinacum, & Barbola. sess. 24. cap. 3. Concil. Trident. Et apud Rebellum in append. ad lib. 4. num. 102. Quocirca non videor audiendum Sanch. lib. 7. disp. 3. num. 12. afferens ex matrimonio rato celebrato absque parochio, vel testibus nullum impedimentum nasci, qui neque speciem habet contractus. Quippe prædictus contractus nullus non est ex defectu solemnitatis à Concilio requisite. At Textus in cap. unico de sponsalibus in 6. decidit ex sponsalibus, vel matrimonio nullis ex quacumque causa præter defectum consensus hoc impedimentum publicæ honestatis oritur. Ergo ex prædicto contractu nullo necessario oritur, refutante Farina. Barbola & Rebell. decisum fuisse à sacra Conf.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

gregatione in haec verba: *Præsupposita declaratione per constitutionem Pij V. super hoc decreto (scilicet sess. 24. c. 3.) constituit congregatio oritur impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de presenti etiam nulliter contractis; omissa forma decreti Concilij sess. 24. c. 1. & constat ex e. Ad audiendum de sponsalibus, vbi existent matrimonio nullo ob impedimentum consanguinitatis oritur publicæ honestatis.* Atque ita docent Basili. Ponce, lib. 7. c. 3. in fine Gaspar Hurtado disp. 21. difficult. 2. num. 7. Et colligitur ex Layman. lib. 5. sum. tract. 10. par. 4. c. 9. num. 5.

Neque item oritur hoc impedimentum ex sponsalibus, vel matrimonio irritis ob priorum præjudicium. Verbi gratia promisisti ducere Mariam, & ante horum sponsalium legitimam dissolutionem contrahis cum eius sorore ex talis contractu nullo, viro præjudicante priori nullum oritur impedimentum, vt exprestè deciditur dicto canonico. De sponsalib. in 6. Et notauit Sanch. lib. 7. disp. 68. num. 24. Gutierrez. c. 10. num. 17. Dificultas est calu quo priora sponsalia cum Maria conditionalia essent, & contrafacta cum eius sorore absoluta? Quia in recessendum est, si ante euentum conditionis sponsalia de futuro cum eius sorore contraxeris, nullus est contractus, nullumque impedimentum, quia in præjudicium prioris obligationis nemini te obligare poteras: Quod verum censeo etiam iure antiquo ante Concil. Trident. spectato. Ac si non sponsalia de futuro, sed verum matrimonium ratum contrahas, cum hoc matrimonium validè esto illicite contractum sit, prioribus sponsalibus conditionatis derogat. Haec de iure antiquo.

Verum Conc. Trident. sess. 24. cap. 3. de reformat. matrimonij constitutionem edidit in haec verba. *Justitia publicæ honestatis impedimentorum, vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus profructus tollit, vbi autem valida fuerint primum gradum non excedant, quoniam in velerioribus gradibus iam non possit huiusmodi prohibitio absque dispensatione observari.* Ex quo decreto manifestè constat duplice restrictione impedit publicæ honestatis factum esse primaria non contrahatur prædictum impedimentum ex sponsalibus nullis, secundam, ne contrahatur ultra primum gradum, cum tamē iure antiquo ex sponsalibus inutilidis, nisi inutilida essent ex defectu consensus, vel in præjudicium priorum contrahentur impedimentum usque ad quartum gradum.

Et licet aliqui graves Doctores, Nanarr. cap. 22. num. 58. in man. Hisp. Couariu 4. decret. 2. part. cap. 6. § 2. num. 2. Ludovic. Lopez. 1. part. instrut. cap. 50. censeant restrictionem à Concilio factam non solum de sponsalibus, sed etiam de matrimonio rato esse intelligendam, eo quod restrictione facta in accessorio censenda sit facta in principali, præcipue cum ex matrimonio rato nullo non inveniatur expressum nasci hoc impedimentum. Quia sententia ante declarationem Pij V. editam anno 1568 in bulla que incipit, ad Romanam, probabilis esse poterat. At post prædictam declarationem nullaceous sustinenda est. Inquit enim Pontifex, quod cum multi dubitaverint, an decretum Concilij Trident. sess. 24. cap. 3. intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de præsenti non consummato. Authoritate Apostolica tenore præsentim declaramus, & definimus decretum Concilij huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duxerat, non autem in matrimonio (sicut præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus. Et gradibus, in quibus de iure veteri ante predictum decretum Concilij introductum erat. Atque ita obseruerunt Nauar. d. cap. 22. num. 57. in man. latino. Henriquez lib. 12. cap. 10. num. 1. Gregor. de Valen. tom. 4. disp. 10. quæst. 5. punct. 3. Sanch. lib. 7. disp. 7. num. 5. Gutierrez. cap. 10. num. 23. Basilius Ponce, lib. 7. c. 3. num. 3. decisimique est à facia Congregatione, prout referit Farinac. & Barbola dicto cap. 3. Concilij. Et Rebell. in append. ad lib. 4. de oblig. iustit. num. 102.

Sed ex sponsalibus nullis ob defectum consensus, vel ob aliud impedimentum omnino occultum nascatur impedimentum: difficultate non caret. Nam Thom. Sanch. lib. 7. disp. 68. à n. 14. Henr. lib. 12. cap. 10. Basili. Ponce, lib. 7. c. 3. num. 10. Paul. Layman. lib. 5. summa tract. 10. par. 4. cap. 9. n. 4. & alii censem nasci, eo quod hoc impedimentum statuum sit propter indecentiam, quam secum trahit matrimonium cum consanguinea in primo gradu illius, quacum sponsalia contraxisti: haec autem indecentia semper oritur quoties constat publicè sponsalia valida fuisse, tamē si de facto irrita fuit. Unde cum Concilium dicit ex sponsalibus quacunque ratione valida non fuerint non contrahi hoc impedimentum, intelligendum est verbum *quacunque ratione*, quæ cognoscitur, & lexitur.

Sed rectius meo iudicio Nauar. c. 22. num. 57. Petras de Ledesma. q. 55. art. 4. in dubio 1. circa solutionem tertij. Venerum in append. ad speculum fol. 76. Rebell. lib. 3. quæst. 14. Gaspar Hurtado, disp. 21. difficult. 1. num. 4. Coninch. disp. 3. dub. 5. num. 69. affirmarunt ex prædictis sponsalibus nullum

M 3 nasci

nasci impedimentum. Quia Concilium generaliter dixit, ex sponsalibus quacunque ratione invalida fuerint nullum impedimentum contraheri. Ergo absque fundamento restringitur ad ea que sunt publice invalida. Alias neque ex sponsalibus validis omnino occultis impedimentum oritur, siquidem nulla indecencia esset in tali contracta cum consanguinosis sponsa. Quapropter non est spectanda indecencia publica, que apud homines oriatur, sed qua oritur spectato ipso contractu.

8 Deinde est dubium, An ex sponsalibus mutuo consensu dissolutus oritur supradictum impedimentum? Affirmat Sanch. lib. 7. disp. 68. num. 1. Piaculus in praxi Episcop. 2. p. cap. 4. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. par. 4. cap. 9. num. 3. Mouentur ex cap. si quis uxorem. Cap. si quis de sponsis averterit. Ex cap. accessio de Desponsat. impuber. & cap. sponsum de sponsalib. quibus Textus bus confat hoc impedimentum perpetuum esse, nec morte sponsi, vel sponsi cessare, quinique nec dissensu viuis, ut probat Textus in dicto cap. accessio.

9 Sed in contrario est declaratio sacra Congregatio apud Farinacium dicto cap. 3. & apud Rebellum in dicto append. lib. 4. num. 99. que sic habet. Si sponsalia solvantur de consensu Congregatio censuit esse invalida. Proprius haec declaracionem censio ex sponsalibus, quo mutuo consensu dissoluuntur vel que dissoluuntur ex causa legitima non oriuntur dictum impedimentum, quia ea non reputantur a Concilio valida absoluere, & simpliciter eo quod firmiter, & in perpetuum non valuerint, sed solum reputantur valida secundum quid, & pro aliquo determinato tempore, ac proinde ex illis non oriuntur impedimentum iustitiae publicae honestatis. Secus est de sponsalibus morte alterius dissolutis, haec enim simpliciter, & in perpetuum valida fuerint, ac proinde ex illis impedimentum nascitur. Sic docuit Eman. Saa. verbo Matrimonio, vbi de impedimentis dirimentiibus, numer. 12. Basili. Ponce, lib. 7. cap. 6. num. 9. Gutierrez. cap. 103. n. 1. Gaspar Hurtado. disput. 21. difficult. 1. num. 5. Rebell. & Farinac. loc. alleg.

P V N C T V M XI.

De impedimento dispartis cultus.

- 1 Explicatur hoc impedimentum.
- 2 Non provenit hoc impedimentum a iure naturali, sed a positivo Ecclesiastico.
- 3 Vnde habetur haec irritatio?
- 4 Ex dispensatione Pontificis potest fidelis cum infidele contrahere.
- 5 Coniugia fidelium cum hereticis aliqui censent esse irrita.
- 6 Contrarium omnino egnendum est.
- 7 Satis oppositis rationibus.
- 8 Quamvis matrimonium Catholicum cum Heretico validum sit, iure tamen Ecclesiastico est prohibitum.
- 9 Aliquo casu licet at Proponitur dubitandi ratio.
- 10 Spectato iure naturali licet aliquando haec iniure coniugia; Et quid spectato iure Ecclesiastico?
- 11 Apponitur quadam illatio pro declaratione superioris sententia.
- 12 Aliquo potest Catholicus cum heretico matrimonium contrahere, etiam stante periculo subversionis, animo tamen firme subversioni non assentiendi.
- 13 In contrahendo coniugia necessarii erant sunt ritus, & formae ab Ecclesia Romana prescripti.

Certum est apud omnes disparitatem cultus, quae intervenit inter personam baptizatam cum non baptizata impenitentiam esse matrimonio contrahendo, eo quod debeat postea Christi institutione matrimonium in Sacramentum elevante, ut aliquis baptizatus matrimonium suscipiat, quod Sacramentum non sit. At si baptizatus cum non baptizato contraheret, eius matrimonium Sacramentum non esset, eo quod non baptizatus incapax sit aliecius Sacramenti recipiendi, & nequit ex parte viuis esse Sacramentum, & non ex parte alterius, cum matrimonium vincum, & indissolubile vinculum sit afficiens duo extrema.

Hoc autem impedimentum non provenit a iure naturali, nam stante haec Religionis diueritatem, coniuges obligari possunt ad mutuam cohabitationem, debitorum redditionem, & prolixi educationem, qui est finis, & matrimonii essentia, tandem ea habitatio discordis obnoxia sit, & prolixi recta educationis pericula sit. Hoc enim solum probant ea coniugia plerunque illicita esse, non tamen coniunctant esse irrita. Alias Salomon dicens filiam Pharaonis, & Iacob filias Laban, & Ioseph filiam Putipharis, & Moyses filias Iethro, & Esther nubens Adsero irrita inuenit coniugia, & quod magis est sanctissima Monica Augustina mater, quae infidelis auptis, & Clorihildes Clodouero in concubinatu essent. Quod non est dicendum. Neque his obstat, quod coniux fidelis priuilegio fidei possit ab infidele diuertere, & matrimonium initum dissoluere

aliud contrahendo, quia haec potestas non contradicit matrimonij essentia, quae solum est, ut coniuges per se obligent ad mutuam cohabitationem, quamcum obligatio optimè stat, ut ex accidenti excusat. Neque item hoc impedimentum iure Divino potissimum constitutum est, quia nullus est Textus ex quo colligatur. Et licet Christus Dominus matrimonium fidem in sacramentum eleverit, non inde probatur inhabilitas fideles ad incedendum matrimonium, quod sacramentum non esset. Quae est communis sententia Canonistarum, & Theologorum, scilicet Couarini. in 4. decret. 2. p. c. 6. §. 1. n. 1. Matienzo. lib. 5. recop. tit. 1. Glosa. in Rab. 159. Sanchez. lib. 7. disp. 71. n. 7. & seqq. Basilio Ponce lib. 7. c. 47. n. 2. & 3. Gutierrez. c. 104. n. 1. Coninch. disp. 31. dub. 3. concil. 1. & alii.

Quocirca solo iure Ecclesiastico assertendum est hoc coniugium fidelis cum infideli irritum esse, ut praedicti Doctores testantur, ex quibus aliqui censent iure scripto hanc irritacionem habere nempe ex Concilio Niceno primo can. 67. & 69. vbi aequo punitur nubens infidelis, ac si duas uxores acciperet, neque admittitur ad penitentiam, nisi infidelem relinquerat. Et licet aliqui de separatione quadam thorum, & habitationem explicent, rectius videtur explicandas Textus de separatione matrimonij quoad vinculum, siquidem sic commentari huc constitutio cum leg. unica. Cod. de nuptijs gentil. vbi tanquam adulteria haec conjugia repudiat. Sed esto nullus sit Textus expressus, confutandus tamen à Romana Ecclesia approbata certissimum est dispartitum cultus impedimentum esse dirimens matrimonij contrahendi, colligiturque aperte ex cap. 23. quas. 1.

Ex his inferitur ex dispensatione Pontificis posse fidelem cum infidelis matrimonium inire, siquidem solo iure Ecclesiastico irritum est. Quinimo si gravis causa huius dispensationis intercedat, periculosem peruercentrum tum in conjugi, tum in prole caueatur, licita erit talis dispensatio, atque ideo non solum validum, sed licet contra matrimonium potest, sicuti notauit Sanch. lib. 7. disp. 71. n. 10. Gutierrez. cap. 104. n. 1. Coninch. disp. 31. dub. 3. in fine. Quod amplius constabit ex postmodum subiiciendis.

Quoad coniugia fidelis cum heretico arting. Aliquieri Iurisperitis, eti pauci senserunt irrita esse. Glossa in cap. finibus contra substantiam de conditionib. apposita. Hosciens. in c. 1. de coniugio seruorum. num. 1. Carterius de hereticis. num. 137. Simancas de Catholicis. institutionib. c. 40. & 46. Rojas in singul. 228. n. 3n. Quibus facit lex 15. tit. 1. part. 4. Mouentur ex can. 72. sexta Synodi generalis in Trullo, vbi haec verba habentur, non licet virum viri herodoxum cum muliere heretica, neque orthodoxam cum viro heretico copulari. Sed si quid huiusmodi ab illo ex omnibus factum apparuerit irrita nuptias existimare, & nefarium coniugium dissolvi. Expendeda sunt verba irritas, & dissolvi, quae nullitatem coniugii demonstrant. Præterea quæ legi prohibentur si sunt, pro infestis habenda sunt, lege non dubium, Cod. de legibus. At matrimonium Catholicum cum Heretico prohibitum est tum iure Divino, tum Ecclesiastico. Ergo habendum est prefecto, iuxta Textum in capite videtur nobis 3. c. 9. 6. ibi: Nam quod contra interdictum, & ordinem Ecclesia factum est ratum non haberi tam Diuine, quam humana leges proclamatae auctoritas, quia in quam inordinata superdicit prohibitione retinente uxori non est.

Ceterum omnino dicendum est matrimonium Catholicum cum Heretico validum esse, ut refutatur D. Thome ab omnibus Theologis recepus in 4. d. 39. quas. unica art. 1. ad 5. & ex Iurisperitis ferè omnes, prout eos referunt, & sequitur Sanchez. lib. 7. disp. 71. a n. 2. Ioann. Gutierrez. cap. 104. num. 6. & alii passim. Colligiturque ex cap. decreuit de hereticis in 6. vbi nubens heretico dote priuatur, non tamen iubetur separari. Probatque vñus, & confutudo ab Ecclesia Romana receptus, quo prædicta matrimonia sustinentur, tamec proibescantur.

Neque his obstat que in contrarium adduximus. Nam canon. 72. sexta Synodi respondent Sanchez. Gutierrez. Agid. & alii nullius est authoritatis, eo quod suppositi sunt. Secundum concedendo legitimam authoritatem esse, ut placuit Gratiano in capite sexta synodus. capite habeo 17. distin. Et colligitur ex Anastasio Bibliothecario in prefat. ad septimum Synodum. Relpondeo antiquis temporibus matrimonio Catholicum cum Heretico irrita fuisse, sicuti colligitur ex Concilio Carthaginensis. 111. can. 12. & Calcedonensis. can. 14. & Iliberitan. can. 1. 16. & 17. & Agathensis can. 67. In quibus codem modo de matrimonio cum Heretico, ac de matrimonio cum Infidelibus, & Iudeis est sermo. At postmodum consuetudine abrogata est annulatio matrimonij Catholicum cum heretico perfeuerata irritacione, & annulatio fidelis cum infidele. Præterquam quod nomen heretici in predicio can. 71. non incongrue sumitur pro infidele, ut explicit Theodosius Balsamius in commentario ad Noncanonem Photi tit. 12. de hereticis can. 13. quem referunt, & sequitur Basilius Ponce in append. ad cap. 46. lib. 7. capite 1. Et consentit Reginald. 2. p. prax. lib. 31. num. 169. Ad Textum in capite videtur nobis, & ad legem non dubium, respondeo facta contra legem habenda

pro infectis, quando lex factum irritat, secus si sustinet. In dicto & videtur nobis: non sufficere coniugum, quia factum est vienit priori coniuge, & cum consanguinea.

Verum est matrimonium Catholicum cum heretico validum sit, iure tamen Ecclesiastico prohibitum est, ut constat ex Concilio Calcedonensi, cap. 1; Carthagin. cap. 12. Laodiceo cap. 10. & 31. Liberitano cap. 16. Et habetur cap. non propter 28. q. 1. & cap. decretus, de Hereticis. in 6. Deinde pluribus placet iure Diuino positiu[m] hoc matrimonium interdictum esse illis verbis Pauli 2. Corinth. 6. Nolite iugum duces cum infidelis. Et 2. Corinth. 7. Si dormierit vir eius, nubat tamen in Domino, ut videtur est apud Iustinian. Corneolum, & Tolei. in ea loca. Quoniam iure naturali haec coniugii prohibiti periculum perversionis, coniugis Catholici, iniqua educationis prolis, & minus pacifica cohabitationis, quod plerunque contingit, ut multis comprobatur Basil. in dicto append. c. 2. per totum.

Sed an hoc matrimonium ita sit prohibitum, ut nullo casu illud celebrare licet? difficultate non caret, nam et aliquid ceterum periculum perversionis coniugii, iniqua educationis prolis, & rixosa cohabitationis, at negari nequit plerunque tale periculum adesse. Ergo obligatio legis, quae respicit periculum frequenter contingens, cessare non potest ex eo quod in hoc, vel illo casu periculum pradiatum absit. Praterea Hæreticus recipiens, & administrans Sacramentum matrimonii peccat, si postea efficiat gratia recipienda. Ergo etiam peccat Catholicus prædicto peccato cooperans. Item exponitur Catholicus periculum non recipiendi verum Sacramentum matrimonii, si Hæreticus credit non esse Sacramentum à Christo institutum, vel si credat licet esse libellum repudij, & sub hac intentione contrahat, quia contrahit sub intentione essentia matrimonii aduersa.

Ceterum omnino dicendum est spectato iure naturæ licetum esse coniugium inire cum Hæretico, & quoties prudenter, & probabilitate creditur periculum subversionis, & iniqua educationis prolis, & iugosco cohabitationis cessare, sicut norauit Coninch. disp. 31. dub. 3. concil. 3. & disp. 26. n. 21. Nam lex naturalis in tantum obligat abstinentiam a prædicto coniugio, quatenus in eo prædictum periculum imminet (ut omnes fatentur) ergo cessante prædicto periculo cessat obligatio abstinentie. Deinde spectato iure Ecclesiastico, si in aliqua provinicia, vel regno hoc periculum creditur ut in plurimis cessare, cessat illius obligatio. Quia ratione aferunt Aton. 1. in fin. moralib. c. 11. q. 5. Sanch. lib. 7. disp. 72. num. 5. Guicci. cap. 1. 4. num. 7. Gaspar Hurtado disp. 24. difficult. 2. in fine, in Germania, Polonia, Gallia, aliquis provinciis, quibus Catholici cum Hæretici permixtū habitant licita esse coniugia, quia periculum perversionis, & iniqua educationis prolis, minime pacifica cohabitationis plerunque cessat. Sed virredē adiutus Cornel. 1. Corinth. 7. circa finem. Coninch. disp. 31. dub. 3. in fine. Basil. Ponce, in append. matrimonii Catholici cum heretico, c. 2. in fine. Layman. lib. 5. sum. trad. 10. part. 4. cap. 14. n. 2. caute in hac parte procedendum est. Nam etiam plerunque in illa regione periculum absit, idque lex Ecclesiastica non videatur obligare: at lege in uno, vel altero casu periculum adesse, & tunc lex naturalis obligat a talis coniugio abstinentem. Praterea etio periculum absit, adesse tamen scandalum in tali contractu, maximè si Hæreticus palam abæscit profiteatur. Quapropter ut illud coniugium licet, periculum subversionis, & scandalis absit debet. Et ex his solutis est prima dubitatio ratio. Ad secundam concedo Hæreticum iniquum Sacramentum matrimonij recipere, nego tamen Catholicum suæ iniquitati cooperari, cum possit Hæreticus Dei gratia adiutor peccatum illud vitare. Ad tertium satis est, quod Hæreticus velit celebrare matrimonium, prout est ab Ecclesia recepum, quamvis ipse ex errore putat contrarium Ecclesia cenacit.

Ex his manifeste constat quoties periculum perversionis in aliqua provincia communiter cessat, neque certum adesse in matrimonio de quo celebrando tractatur poterit quis absque vila dispensatione licet. Illud matrimonium inire, quia obligatorium legis Ecclesiastice, tum naturalis prohibentis matrimonium Catholici cum Hæretico eo casu cessat. At si in aliqua provincia, ubi Catholici non permituntur securi- fiam Religionem profiteri, concedatur aliquibus haec securitas, rectaque prolis educatio, exstimo eti p[ro]priata autoritate matrimonium contrahere non possit, bene tamen accidente Pontificis dispensatione, siquidem losum ex obligatione legis Ecclesiastica abstineat ab eo coniugio reprobantur. Quando autem censeantur Catholici hanc securitatem habere prudentis arbitrio relinquunt spectari circumstantis. Equidem si inter magnos Principes fidem deum iumento firmatam sufficiens securitas repudia est, maximè si da mi fidei intersit illius inuolabilis obseruatorio, ut bene nouit Basil. Ponce, in d. append. cap. 5. n. 4. & seqq.

Quoniam verum existimo cum eodem Basilio cap. 6. & 7. posse Catholicum cum Hæretico matrimonium contrahere

cum periculo subversionis, animo tamen firmo prædictas subversiones non assentiendis ex subveniendo eo periculo magni fructus spernentur, ut si spernatur multorum Catholicorum conversio, eorum tranquillus status, & Ecclesia Catholica non leui augmentum, Pontificemque debere in sua legi Ecclesiastica dispensare, quia periculum peccandi subire non est intrinsecus malum, qui ex rationabili causa honestari possit, & multis exemplis comprobauit tract. de charit. disp. vlt. de scandalo. Et tract. de peccatis disp. 2. pag. 9. §. 3. Et colligitur manifeste ex illo iudic. 9. quæ ob populi liberationem periculo non leui amittenda castitatis fe expulxit, & ex illo Esther 2. quæ nubens Assuerus ab Iudea sua Religionis manifestacione periculum subire deserendi Religionem, vel latenter precepit Divinae de ciborum abstinentia transgrediendi prout haec omnia ponderat Seratus in prædicta loca.

In contrahendo hoc coniugio seruandi necessario sunt ritus, & forma ab Ecclesia Romana prescripti, & nullatenus permitteendi qui iniquæ secta, & erroris professio fuerint. Illis autem seruatis optimè potest Parochus huic matrimonio assistere, & hæreticus licentiam concedere quia assit cuidam contractui de se licito, Sacramentique celebrationi, quæ recte peragi poterat. Quod vero à Hæretico iniquæ recipiatur, & ministretur nec Parochio, nec Episcopo tribuendum est, ut latius prosequatur Basil. Ponce, d. append. cap. 9.

P V N C T U M X I I .

De impedimento criminis.

- 1 Duplex est crimen inhabiles reddens ad matrimonium.
- 2 Explicatur virumque crimen.
- 3 Examinatur, an occiso coniugio absque adulterio praestet impedimentum?
- 4 Requiritur ad hoc impedimentum, ut occiso physice facta sit, vel saltem eius consilio, & mandato.
- 5 Secundum requiritur, ut occiso sit intentione ineundi matrimonium cum coniuge superflite.
- 6 Tertio sufficit, sine occiso sit viroris, sine viri.
- 7 Si virum matrimonium contractum infideles sint, cum adulterium committunt, vel occasionem præstant, verius est impedimentum non esse.
- 8 Ut adulterium impedimentum praestet requiritur matrimonium virumque contractum esse nostrum.
- 9 Item est necessarium, ut adulterium copula inter vas seminum copulatur.
- 10 Quale debeat esse hoc matrimonium contractum, ex quo hoc impedimentum oriatur.
- 11 Qualis promissio de matrimonio contrahendo. Et primò debeat esse externa, & acceptata.
- 12 Aliquis placeat fidem non sufficere. Sed verius est oppositum.
- 13 Non opus est esse promissionem mutuam, et si aliqui contraria affirmant.
- 14 Debet esse promissio pura, non conditionalis.
- 15 Promissio matrimonii post mortem coniugii est irrita.
- 16 Predictum impedimentum criminis annectitur rapta, ut iam explicatum est.

Duxplex est crimen, in cuius penam Ecclesia inhabiles reddit res ad matrimonium contrahendum non absurum, sed cum ea persona, quamcum delinquis contrahere intentens delictum committit, ut recte aduersus Palacios notabit Sanchez ex communī sententia, lib. 7. disp. 78. numero 21. Guicci. cap. 20. 5. num. 2. 5. Coninch. disp. 31. dub. 5. concl. 5. Ratio huius prohibitions est, ne spe coniugii futuri coniugi innocentis mors innimicatur.

Primum crimen est adulterium simul cum occidente coniugis proprii, vel alieni. Cap. 1. cap. significasti. Cap. Super hoc. De eo qui duxit in matrimonium. Cap. de conversione infidelium, cap. si quis vivente 31. q. 1. Secundum est adulterium cum promissione facta de matrimonio post obitum coniugis contrahendo, ut constat ex capite 1. Cap. venient. Et præcipue ex capite fin. De eo qui duxit in matrimonium. Et capite relatione. 31. questione 1. Non sufficit adulterium, ut impedimentum matrimonii contrahatur, sed opus est adulterio occidionem coniugis, vel futuri coniugii promissionem adiungi, ut notator expedit in cap. significasti, de eo qui duxit uxorem, &c. Et leges regia fin. tit. 2. part. 4. luxta quam doctrinam intelligendi sunt. Textus in cap. 1. & illud vero 30. quest. 1. generaliter assertentes nemini licere ducere eam, quam per adulterium polluit, hoc est si simul cum adulterio mortem viri machinatus est, vel coniugium promisit. Et cap. 1. de eo qui duxit cum matrimonio, ubi inquit Textus, nullus copulus matrimonio, quam prius poluerat adulterio, illam maxime, cui fidem dederat uxore sua venienti, aut quis machinata est in mortem uxoris. Verbum illud maximè intelligendum est demonstrative, id est inquam, vel simili quo prius dicta determinat, ut bene notaric Coninch. disp. 1. dub. 5. concl. 5. num. 6. 4. Guicci. cap. 10. 5. num. 2. Et tra-

M. 4. dig

dit Abbas d. cap. i. num. 3. Alexand. de Neuo numero 6. Præposito numero 2. Neque item sufficit promissio de matrimonio contrahendo, sed necessario debet adulterio adiungi, ut constat ex cap. relatum. 3. quæst. 1. cap. i. Cap. veniens. Et cap. fin. de eo qui duxit in matrimonium, &c. Et tradunt omnes Doctores.

Dubium autem est, An occisus coniugis proprij, vel alieni ab ipso adulterio prælet impedimentum occisoris, ne matrimonium cum coniuge superfluite contrahatur? Quia in re Sanch. lib. 7. disp. 79. n. 9. refert plures affirmantes adulterium necessario requiri alias negantes. Sed ipse distinctione virum. Si enim (inquit) vterque machinatus est mortem coniugis inhabiles sunt ad contrahendum inter se, tametsi adulterium ab ipsis commissum non sit: at si vnu ex illis tantum mortem machinatus est, adulterium adesse debet, ut impedimentum contrahatur. Prior pars videtur manifestè probari ex c. laudabilem. De conversione infidelium, vbi nulla mentione facta adulterii Saracenos, qui ex mandato & consilio vxorium viros pereverent matrimonii cum illis vxoribus interdicuntur. Secunda pars scilicet requiri adulterum, quando vnu tantum mortem machinatus est, colligitur ex cap. si quis vivente. 30. q. 1. c. 1. Cap. super hoc. Cap. significasti, de eo qui duxit in matrimonium, & aliis, vbi semper cum machinatus mortis adulterium coniungitur. Atque ita docent Ioann. Andreas in cap. super hoc, de eo qui duxit in matrimonium. Et cap. i. num. 2. de conversione infidelium. Et ibi Abbas num. 8. Nauar. cap. 22. m. 46. Gregor. Lopez leg. fin. tit. 2. part. 4. verbo qualquia. Bellarm. lib. 1. de mar. c. 21. vers. crimen homicidij. Valen. 4. t. disp. 10. q. 5. punct. 3. de impedimento criminis. Tolet. cap. 7. cap. 6. num. 3. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 78. n. 9. Gutierrez. cap. 10. num. 12. Coninch. disp. 3. num. 52. Basilius Ponce, lib. 7. cap. 45. num. 4. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 1. n. 1. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 2. & alii.

4. Vt verò hæc crimina occisione, & adulterii impedimentum pariant aliquæ conditions requiruntur. Primo requiritur, ut occiso Physicè ab adultero facta sit, vel fatem eius consilio, & mandato, ut colligitur ex cap. si quis vivente. 31. q. 1. Et cap. 1. de conversione infidelium. Neque sufficit mortem esse attentatum, vel consilium, aut mandatum dedisse, si illius non fuit causa, ut pluribus comprobant Sanch. lib. 7. disp. 78. à n. 5. Gutierrez. cap. 10. à n. 7. Paulus Layman dicto cap. 10. n. 1. Quinimodo secundum probabilem sententiam, quam defendit Glossa in dicto cap. si quis vivente, verbo occidisse. Et cap. 1. de eo qui duxit, in fine. Et ibi Abbas, & vlt. Henr. lib. 1. 2. cap. 14. n. 2. Sanch. dicta disp. 78. num. 6. Gutierrez. cap. 10. num. 8. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 50. Layman. d. cap. 10. num. 1. & alii. Non sufficit ratam habere prædictam occisionem, quia ratihabitio non est causa occisionis, sed supponit occisionem factam. Neque obstat ratihabitio mandato comparati. Reg. ratihabitionem. De Regulis iuris in 6. quia id intelligitur de his quæ solùm a voluntate ratum habentis pendunt, vel in iis quæ iure disponente pro mandato reputantur, quod tamen in præsenti non contingit.

5. Secundum requiritur, ut occiso sit intentione incundi matrimonio cum coniuge superfluite. Nam hoc impedimentum statuitur, ne cupiditate alieni matrimonij coniuges occiduntur, qui finis locum non habet in iis, qui vt liberius libidine vacent, vel ob vitandam accusationem, vel ob alienam causam conjugem occidunt; vii tradit D. Thom. in 4. d. 37. q. 2. art. 2. Paludan. ibi. Henr. lib. 12. cap. 14. n. 2. Valen. 4. t. disp. 10. q. 5. punct. 3. Sanch. pluribus relatibus, lib. 7. disp. 78. num. 13. Gutierrez. cap. 10. num. 16. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 51. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 2. vers. tertio. Basilius Ponce, lib. 7. cap. 45. num. 5. Gaspar Hurtado disp. 21. Intentio vero incundi matrimonio debet esse cum persona determinata; alia si conjugem occidat animo incundi matrimonio absque determinatione persona impedimentum non contrahit, eo quod non censetur vera contrahendi matrimonio intentio, cum matrimonium esse non posse cum incerta, vti notarit Marlenio. lib. 5. recopil. tit. 1. Rab. gloss. 1. n. 180. Sanch. lib. 7. disp. 78. num. 18. Gutierrez. cap. 10. num. 22. Egid. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 5. Layman. dicto cap. 10. num. 2. Si tamen occidat animo incundi matrimonio cum vna ex filiabus Petri. Placet Veneruz in suo speculo conting. 1. part. 34. in fine. Sanch. & Gutierrez. supra, te impeditum esse à contrahendo cum qualibet illatura, quia omnes nunuparum, & expresse intentæ fuerunt. Quod difficultate non caret. Nam elto intentæ omnes sint; sunt tamen intentæ sub indifferentia, & indeterminatione, quacum matrimonium censetur nequit. Isuper requirunt Basilius lib. 7. cap. 45. num. 4. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 1. num. 3. intentionem hanc exterius indicari, quia alia ab Ecclesia quæ de occulis non iudicat puniri non poterit. Sed rectius alii Doctores huius limitationis non incriminunt, quia Ecclesia idem puniri intentionem præcise, sed occisionem externam eam intentione factam, cum puniat lege ipsa, & non per sententiam opus non est de intentione confitare. Argum. defumpro ex Clement. 1. 8. verum de hereticis. vbi Inquisidores excommunicantur qui

odio, vel amore ducti iniustiam rei faciunt, illud certum in foro externo eam intentionem semper adhibuisse presumunt, quies occiso coniuge intendit adulterio matrimonium cum superfite inire, vti aduerit Sotus in 4. d. 37. q. 9. vni. art. 4. cap. 5. Sanch. alii relatis, d. disputat. 7. 8. num. 19. Gutierrez. c. 10. num. 23.

Tertiò alij è quorum numero est Victoria in summa de matrimonio. 292. Ledesma. 1. p. 4. q. 6. 1. art. 2. post 3. proposi. Cenedo in sum. Sacram. vbi de matr. 5. ad finem, in comment. num. 38. Et probabile reputat Henr. lib. 1. c. 14. n. 2. in com. litt. 7. requiritur occisionem debere esse vxoris, non viri Texus in c. 1. c. Super hoc c. significasti, de eo qui duxit in matrimonium, de sola vxoris occisione loquuntur, qui ad viri interficiendum, vtpore minus frequenter non debent extendi. Sed haec sententia sustinenda non est, nam elto relati Texus solum loquuntur de vxoricidio; et Texus in c. si quis vivente. 31. q. 1. Et c. 1. de conversione infidelium, exprestè de viuicidio loquuntur. Præterquam quod eadem est ratio, & dispositum in uno correlatio in alio censeri debet dispositum. Atque ita docent Glossa in c. fin. de eo qui duxit in matrimonium. Matien. 20. lib. 5. recopil. tit. 1. Glossa. 1. Rubric. 1. 197. Sanch. innumeris referens d. disp. 78. n. 8. Gutierrez. c. 10. 5. n. 10. Coninch. disp. 31. dub. 5. concil. 3. n. 5. Basilius Ponce lib. 7. cap. 45. n. 5. Layman. dicto 10. num. 2. Quod verum haberet, tametsi occidens infidelis sit, modò adulteri fidelis existat, nam licet Ecclesia infidelium delicto punire nequeat, potest tamen fideles puniri delicto cooperari, eos ad matrimonium inhabilitando. Censentur autem delicto cooperari, cum si ex eorum consilio mors coniugis euenieret, tum si adulterium commiserit, ut tradit Sanch. lib. 7. disp. 78. n. 3. Gutierrez. c. 10. 5. n. 6. Coninch. disp. 31. dub. 5. concil. 3. Tolet. lib. 6. sum. c. 6. n. 2. Philart. def. Sacerdoti. 1. 1. p. lib. 20. c. 5. impedimentum.

Vtrum si vterque matrimonium contractuti infideles sit, cum adulterium committunt, vel occisionem præstant, vel promissionem faciunt futuri coniugij, verius videut impedimentum non contracturos postmodum ad fidem conuersos, eo quod delictum ob eum causam est appositum impedimentum non fuerit in Ecclesia consummatum, hoc est perfectum, & integrè patratum a fidei Ecclesiæ subiecto, vti sicut videtur Sanch. lib. 7. disp. 78. n. 3. Gutierrez. c. 10. 5. n. 6. Coninch. cap. 10. num. 6.

Quoad adulterium attinet, quod simul cum occisione, vel coniugij promissione coniunctum esse debet: requiritur, ut vtrique contracturo matrimonium notum sit, alias non erit perficere adulterium præbens occasionem captandi mortis coniugi, ut colligitur ex cap. 1. de eo qui duxit in matrimonio. Quare si viri coniugatus cum feminâ ignara coniugij copuleun, & animo inenudi cum ea matrimonium suum vxorem interficiat, non erit a coniugio impeditus, quia ex parte feminæ non fuit adulterium formaliter. Quod verum credo elo feminæ coniugata esset, quia adulterium, quod ipso committerit non potuit illa occasio captandi mortis coniugi a signitate, vti notarunt Sanch. dicta disp. 78. num. 12. Gutierrez. c. cap. 10. num. 14. & 1. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 5. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 2. Exclusa ab hoc impedimento quelibet ignorantia etiam crassa, & supina lecundum Sanch. disp. 79. num. 38. Rebellen lib. 7. q. 8. eo quod haec ignorantia non sit iuris, sed facti. In factu autem excusat quelibet ignorantia iuxta reg. ignorantia de Regulis iuris in 6. Præterquam quod hoc impedimentum non sit ex adulterio, ad quod omnes fatentur dolum esse necessario requiritum. Ex leg. penult. ff. ad leg. iul. am de adulterio. At dolus consistit non potest cum ignorantia. Sed rectius Nauar. cap. 22. num. 46. Valen. t. 4. disp. 10. q. 5. punct. 3. Coninch. disp. 3. 1. dub. 5. num. 61. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 2. num. 7. & alii plures relati à Sanch. supra, censent solam ignorantiam, quæ ab adulterio culpa excusat, ab hoc impedimento. Cum autem sola ignorantia probabilis non crassa, & lupina à culpe adulterij excusat, sola prædicta ignorantia ab hoc impedimento excusat potest. Neque obstat quod adulterium non reputetur flante qualibet ignorantia ad incunatas personas latas in lege India de adulterio, quia illa panæ, vtpore graueissime merito exigit adulterium dolo commissum. At hoc impedimentum non tam in peccatum adulterij, quam pro remouenda occidione infideli vitiæ coniugij statutum est, sufficit ergo adulterium esse culpabile. Secundum est necessarium, ut adulterium copula intra vas coepit in consummatione, alias non erit perficere adulterium impeditum præstans, vti docuit offa. Cardinalis. Abbas, & alii in dicto cap. fin. de eo qui duxit in matrimonium. Sanch. lib. 7. disp. 79. 8. fratre. Gutierrez. d. cap. 10. num. 2. Deinde necessarium est, ut matrimonium verum sit, alias ut ipsa adulterium non erit, ut docent prædicti Doctores Sanchi. numero 20. Gutierrez. num. 14. Tandem requiritur ut adulterium simul cum promissione durante codem matrimonio contingat, nam si aliquod ex his dissoluto coniugio euenerit impedimentum non præstas, sicuti notarunt Sylvestri. verbo Matrimonium. 8. q. 9. dicto. 5. Sotus in 4. d. 37. q. 9. vni. art. 4.

art. 4. Sanch. disp. 79. num. 5. Coninch. dub. 5. num. 60. Layman. d. cap. 10. num. 5.

Cum autem adulterium ut impedimentum sit matrimonii contrahendi requiratur necessario coniungi occisioni coniugis, vel matrimonio inter ipsos adulteros contracto, vel fidei date de matrimonio post mortem incedo: superest explicandum qualiter hoc matrimonium contrahi, qualiterque fides dari debeat, ut locus sit praedicto impedimento. Aliqui eorum numero est Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 2. num. 8. censent insufficientem esse clandestinum matrimonium, eo quod haec sit peccata quae restringenda est, & non amplianda videturque apposta pro matrimonio, quod alias validum faret nisi coniux viueret, quodque solum praefat occasionem capande mortis coniugi. Sed rectius Sanch. lib. 7. disp. 79. n. 8. Coninch. disp. 31. dub. 5. num. 65. in fine, censent sufficere quodlibet matrimonium attentatum, etiam si clandestinum sit: nam Texus hoc impedimentum indicentes solum ponunt matrimonij attentationem, cum sciant necessario irritum esse debet, eo quod viuente coniuge contrahatur. Alijs si matrimonium attentatur contrahi cum consanguinea insufficientem esse, quod non est dicendum, cum hic contractus eti sponfalia non constitut, praeber tamen sufficientem ansam capandi coniugi mortem.

Promissio vero de matrimonio contrahendo debet esse externa, & acceptata, alias non est vera promissio, nec de lege obligacionem patere, vt fatentur ferre omnes Doctores. Aliqui felices Coninch. disp. 31. dub. 5. num. 8. Basil. Ponce. lib. 7. cap. 45. num. 2. Rebell. lib. 3. q. 8. Gaspar Hurtado disp. 23. difficult. 2. num. 9. censent taciturnitatem esse sufficientem si goun confusus, eo quod ut quid fauorable promittatur. In his autem que ut fauorable offeruntur confusus presumitur ex sola taciturnitate. Sed rectius Sanch. disp. 79. num. 25. Gutierr. dicto cap. 105. num. 28. censent insufficientem esse taciturnitatem. Nam esto matrimonium ut quid fauorable offertur de facto, ut offertur fauorable non est. Tum quia acceptans inhabilis reditur ad illud matrimonium contrahendum & ponit Ecclesiasticis subiectum. Tum quia in probabilitate obligatur ad reprobandum, quod onerosum est. At cum promissio non est gratuita, sed onerosa, onusque continet, non censeatur acceptari ex sola taciturnitate, ut tradunt Doctores in regula. Qui taceat, de R. g. turis, in 6. Et leg. que doceat, sicut matrem. Neque obstat quod promissarius ignoraverit onus, quod ex acceptance promissio subiicit, quia ea garantia utrumque iuri non presumitur, & cum taciturnitas sola iuri presumptio consensus inferat, nullatenus in praesentia inferre potest.

Secundum resonant plures, ut promissio vera sit scilicet ex animo se obligandi, implendendo pronuntia, quia alias non est vera promissio, sed promissio fictio. Et cum hoc impedimentum aduersus promittentes feratur, necessario debent ut promittentes esse, quia verba maximè in penalibus proprieatibus intelligenda sunt. Et explicari potest exemplo legis inducens inegualitatem rebaptizantibus, & excommunicato-rem hancum proficeribus, qui si rebaptizent, vel hancem proficerent, & non ex animo nulla ex pia fidei pecunia ligantur. Arque ita docent Henr. lib. 12. cap. 14. num. 3. Saa. verbo Matrimonium, vbi de impedimentis num. 7. Man. I. tit. sum. cap. 21. 9. num. 7. Gaspar Hurtado, disp. 23. difficult. 2. num. 5. Et probabile reputat Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. num. 4. Sed probabilis est promissio fictam sufficere ad prædictum impedimentum inducendum, modo fictio exterior non appareat, sicut docuit Sanch. dicta disp. 79. num. 10. Gutierr. dicto cap. 105. num. 8. Coninch. dub. 5. num. 57. Quia ex promissione ferri facta & cuius fictio non cognoscitur neque ansa occidenti coniugem nascitur, ac ex vera promissione iuri autem hoc impedimentum constituit ad dictam occasionem tollendam. Ergo promissio apparenter vera hoc impedimentum censeri debet appositum.

Tertio aliquibus placet, neque improbabiliter promissio debet esse miruam, ut impedimentum praefat. Nam alias non est promissio de se sufficiente sponfalia consti- tunda, lora autem exigentia ad hoc impedimentum matrimonium de praefatis, vel fidem datam de coniugio futuro indicate necessarium esse, ut illud matrimonium celebretur, qualiter alias effe celebrandum, & ea fides detur, que ad sponfalia constituta sufficit. Sic indicat Gloss. in cap. significata. De eo qui duxit. Et tradit Bellarm. lib. 1. de mar. cap. 22. o. a. secundo. Henr. lib. 12. cap. 14. num. 3. Vgolin. de sacram. tract. de mar. cap. 19. num. 8. & inclinat Layman. d. cap. 10. num. 4. ver. quinta conditio. Sed contrarium probabilius censuit Sotus in 4. disp. 37. q. unica art. 4. §. secundus casus. Ang. 5. 4. sentent. pars. 1. vbi de mar. impedit. quæst. de diuortio ob adulterium. art. 3. Sanch. lib. 7. disp. 79. num. 2. Rebell. lib. 3. q. 8. Basil. Ponce. lib. 7. cap. 45. num. 2. Gaspar Hurtado. disp. 23. difficult. 2. num. 9. & alijs communiter. Colligiturque ex significatis, de eo qui duxit in matrimonium, vbi maritus impeditur a matrimonio contrahendo, eo quod viuente uxori sedem puelæ dederit de matrimonio contrahendo. Neque

ibi indicatur puella vicissim suam dedisse fidem. Adeo in omnibus hoc impedimentum statuens solum requisitum est adulterium cum promissione coniugij. Ergo si hæc promissio coniugij esse possit, quin mutua sit, ut probabilis defensio, disp. 1. huius tractatus, interueniente adulterio impedimentum praestabatur.

Quarto placet Nauarr. lib. 4. consil. conf. 2. de eo qui duxit. 13
Rodrig. cap. 12. 9. conclus. 5. Sanch. lib. 7. disp. 79. num. 11. promissionem conditionat sufficere ad hoc impedimentum inducendum, eo quod promissio conditionata vera promissio sit, obligans promittentem conditionata eventum expectare, id est quia ansam præber mortis coniugi captandæ; quæ est ratio statuendi hoc impedimentum. Sed rectius procedunt Coninch. disp. 31. dub. 5. num. 19. Galpar Hurtado. disp. 23. difficult. 2. num. 10. quibus adhuc Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. ver. sexta conditio, afferentes promissionem debere esse putam, & aut saltem ante mortem coniugij purificatam, quia esto promissio conditionata obliget expectare conditionis eventum, at pendente conditione nullatenus debet censeri simpliciter, & absolute promissio. Cum autem hoc impedimentum promissione coniugis annexum sit, de promissione vera, & propria, & quæ alias coniugij obligacionem induceret, intelligi debet. Quippe verba legis maximè in penalibus non extenda, sed potius restringenda sunt, & hæc ratio probat, eto ex praedicta promissione datur ansa occidenti coniugem, quia ob similitudinem rationis non debet fieri in penalibus extenso. Præterquam quod ex promissione conditionata ante mortem coniugij non æquæ datur occasio occidenti coniugem, sicut ex promissione absoluta, siquidem ex praedicta promissione conceperit spes certa coniugij, sed sub dubio, & sub conditione eventu.

Ad extremum observandum est promittentem alteri coniugium post mortem sive coniugis grauiter peccatum, ut decidatur in cap. fin. de eo qui duxit in matrimonium. Quinimò probabilitas est cam promissionem irritam esse non solum quando impedimentum praefat matrimonij contrahendi, quod certissimum est, sed etiam quando ex ea promissione impedimentum non oriuntur, eo quod non sit occisioni, vel adulterio coniuncta; quia hæc promissio à iure reprobatur, ut potest quia ansam præber insidiandi vita coniugis. Argum. cap. 1. de concepc. præbende. vbi ob hanc causam redditur irrita promissio vacanti. Et tradit in præsenti Abbas in cap. fin. num. 2. de eo qui duxit. Et ibi Alexander de Neus num. 4. Ancharran. cap. 1. p. 2. hoc. num. 2. codem it. Lancellot. in his. turis Canon. lib. 2. titul. de diuortiis. §. cum ea autem verbo dederint. Sanch. lib. 7. disp. 79. num. 40. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 10. in fine.

Huic impedimento criminis annecti potest impedimentum raptus, quod nouo iure Cone. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. statutum est inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris maneat, de quorum intellectu satis dimicimus hac disp. p. 1. §. 2. a. n. 20.

P Y N C T V M A X . III.

De impedimento Ligaminis.

Impedimentum ligaminis appellatur ipsum matrimonium in rete contractum, quo ligatur coniux, ne possit eorum durante aliud matrimonium inire. Hoc impedimentum non solum in iure Ecclesiastico, sed etiam naturali, & Divino statutum est, ut latius diximus, disp. 3. vbi de viritate, & indissolubilitate matrimonij. At eo matrimonio dissoluto per mortem cessat impedimentum matrimonij contrahendi.

S. I.

Qualiter constare debet de coniugis obitu,
ut possit superest aliud matrimonium inire?

1. Debet esse certus de coniugis morte.
2. Aliqui dixerunt certitudinem requirent, si autoritate publica, & non priuata matrimonium contrahendum sit.
3. Verius est tandem certitudinem requireti sui propriæ, siue iudicis autoritate contrahatur.
4. Prudentia arbitrio remittitur certitudo moralis ad contrahendum matrimonium requisita.
5. Prior testimonium sufficiunt plures affirmant.
6. Alij oppositum censem.
7. Conciliatur superdicta sententia.
8. Qualiter fama de morte coniugis certitudinem moralem praefert?

Vt possit coniux secundum matrimonium inire, certus esse debet de morte prioris coniugis, eo quod noui matrimonij

trimonij contractus cedit in præjudicium illius, si forte superfluit, quicque iure suo in casu dubio spoliandus non est. Præterquam quod præsumendum est vivere, dum contrarium probatum non fuerit, ut constat ex leg. vlt. C. d. de sacrosanctis Ecclesiis. Atque ita tradunt omnes in cap. in presentia de sponsalib. Quo Textu corrigitur lex vxoris sive diuinoris, qua vxori dubitanti de morte coniugis absens licentiam concedit nobendi post quinquennium expectatum, vel post quadriennium, ut habetur in leg. vxoris Cod. de Repudii. Itemque correctum est Auctent. hoc e Cod. de Repudii, vbi vxori audienti virum in bello obiisse interdicunt nuptias, quia prius per se, vel per alium aedat bellum ducem, ipsaque iure obiisse, & aliorum testimonia recipiat, & insuper expectet per annum. Non enim hanc diligentiam præstare tenetur. Satis enim est, si abunde certa redditat de morte coniugis, ut decimus est in dicto cap. in presentia, & ita tradunt Gutierr. lib. 2. præc. q. 8. num. 5. Et de marit. cap. 5. m. 1. Sanch. lib. 2. disp. 46. num. 1. & 2. & alij apud ipsum.

Dubium tamen est quæ certitudo requiratur de morte coniugis, ut quis possit cum proprio auctoritate, cum autoritate Iudicis aliud inire matrimonium? Plures, graueisque Doctores relati à Sanch. lib. 2. disp. 46. num. 5. consent ad contrahendum matrimonium propriæ auctoritate sufficere certitudinem probabilem, secus verò ad contrahendum auctoritate Iudicis. Priorem partem probant ex cap. cum per bellum, 3. 4. quæf. 2. ibi. Nec tamen culpabilis iudicetur qui personam eius mariti, qui iam non esse existimat, obiisse. Et ex cap. quoniam §. Porro, vers. si autem. Vi lite non contestata, ibi: Si autem de casuali coniugio sit agendum, tamid alterius coniugum expectetur, donec de ipsius obitu verisimiliter præsumatur. At existimationem, seu verisimilitudinem certitudinem probabilis, seu opinio præstat. Ergo hac sufficit. Præterea operans ex credulitate probabili censetur operari. Secundam partem probant ex cap. in presentia de sponsalibus, ibi. Nec permittas eos auctoritate Ecclesia contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum. Et ratione confirmatur; nam Ecclesia nequit coniugem, quem suā auctoritate in matrimonium copiavit, liberum declarare ad nouum matrimonium incundum, quin ei constet prius dissolutum esse.

Ceterum verius existimo eandem certitudinem requiri, ut quis propriæ auctoritate nouum contrahat matrimonium, & ut Iudex id permittat, eo quod Textus in cap. in presentia de sponsalibus, quæ de vitro, casu loquitur: Inquit enim. Non possunt tales ad aliorum consortium coniugare, nec permittas eos auctoritate Ecclesia contrahere, donec certum nuncium recipient de morte coniugis, vbi certus nuntius requiritur, sum ut Ecclesia eos contrahere permitat, tum ut ipsi contrahere possint. Et in cap. Dominus de secundis nuptiis cauterit, ne aliquis ad secundas nuptias transire præsumat, donec ei constet quod ab hac vita migraverit coniux eius. Debet ergo certitudo moralis adesse, non solum ut Ecclesia facultatem contrahendit concedat, sed ut quilibet suā auctoritate contrahere possit. Ratio verò videtur aperta, quia ea quæ solum præstant probabile iudicium de morte coniugis insufficientia sunt, ut coniux suo iure, & possessione soluerit. Nam esto ex iudicio probabili quis prudenter operetur ea, quæ in nullius cedunt præiudicium, non tamen ea quæ iuri alterius acquisitione præiudicantur. Neque contrariup probant Textus in cap. cum per bellum. Cap. quoniam, ex iungit namque existimationem, & verisimilitudinem non quamcumque, sed certam moraliter, uti tradunt Glossa in d. cap. in presentia in fine. Et ibi Abbas, & in d. cap. quoniam num. 11. Couarou. 4. decret. 2. part. 6. 7. §. 3. num. 3. Gutierr. 2. præc. q. 8. m. 4. & seqq. Mafcard. de probat. conclus. 1074. num. 5. Sanch. lib. 2. disp. 46. num. 6. Coninch. disp. 2. 5. dub. 2. in fine. Et alij apud ipsum.

Quæ autem certitudinem moralis præstant prudenter arbitrio relinquunt speciales circumstantias, ut optimè adserunt Couarou. Gutierr. & Sanch. suprà. Ea tamen certitudine habita poterit coniux ad secundas nuptias transire nullà licentia ordinarii requisita, quia nullibi cauterit hanc licentiam expostulandam esse, sicut norauit Sylvest. verbo Matrimonium 8. q. 13. dicto 4. Gutierr. lib. 2. præc. q. 8. num. 9. & de marit. cap. 5. in fine.

Sed an vnius testimonium de morte prioris coniugis sufficiat hanc moralē certitudinem præstare? Affirmant Abbas in dicto cap. prefatoria. v. 6. Et ibi Hostiens. ad finem. Angelus, verbo Matrimonium 3. impedim. 13. Veracruz 1. part. speculi art. 42. conclus. 1. Gutierr. lib. 2. præc. q. 8. num. 4. & de marit. cap. 5. num. 2. Mouentur ex dicto cap. in presentia, vbi solum certus nuntius exigitur, certus inquam, qui spectatā qualitate persona, & modo deponendi prudenter iudicetur certum deponere.

Alij vero, è quorum numero est Bart. in leg. 2. §. si dubitetur num. ff. quemadmodum testimonia aperiuntur. Man. 1. t. sum. cap. 2. 13. num. 2. Sanch. lib. 7. disp. 46. num. 12. censent vnius testimonium, nisi alius coniecerit adiuvetur insufficiens esse. Ducuntur, quia vnius testimonium non plenè probat, sed semiplēnd, id est quod solum probabile iudicium generare pos-

test, non certum. Ob quam causam in leg. iuris iurandi est, simil modo, Cod. de Testib. Et cap. veniens, in fine de Testibus, dicitur vocem vnius nullius esse, id est nullius effectus esse ad sententiam preferendam. Si enim in causa pecuniaris ex vnius tantum testimonio nequit iudex possidentem suā possessione priuare, quomodo poterit in causa matrimoniali, quia gravis noctumentum veritutis.

Cæterum haec sententia est videatur oppositæ re ipsa convenientem; nam sententia Bart. vera est, dictum vnius testis per se spectatum insufficiens esse, cui non opponitur prior sententia concedens vnius testimonium sufficere, quia id concedit quando maior probatio haberit non potest, & testis ex modo deponendi certum deponere præsumitur. Quod manifeste colligitur ex dicto cap. in presentia, vbi Textus loquitur de maritis, qui causâ captiuiatu, vel peregrinationis septenario aberant, de quorum vita, vel morte uxores certificari non poterant est diligenter adhibuerunt. Quo casu decidit Textus, si certus nuntius adsit, id est si vnius qui fide dignus sit, & verbis verosimilibus de morte coniugis testetur, sufficiens esse, ut ad secundas nuptias possit transferre his sententias conciliat Gutierrez. de marit. cap. 5. num. 2. & videtur expellere in legere regia, s. tit. 17. part. 7. [Octo si dicimus que siendo el marido de alguna mujer casada o vendiendo en Roma, o por otro algun lugar estando, si a la mujer viene nuevas del, o mandado que era muerto, o la perioda que se lo dice fué home de creer, si despues se califica con otro maguer no fué muerto el marido primero, o tornase a ella no la podrá acusar de adulterio, por quanto ella se caso cuidando que lo podia hacer con derecho.] Et ibi Gregor. Lopez adducens Textum in d. cap. in presentia de sponsalibus.

Ex his infertur famam præcisę de morte coniugis insufficiens esse ad secundum matrimonium incundum, quia fama vixit orta ob incerto auctore, & sapè fallaci certitudinem moralem non præstat, ut deciditur in c. vestra de habitat. clericor. At si hæc fama alius administris adiuvetur, quia prudens arbitrio certitudinem facient moralē, vbi mors contingit in bello, vel in loco distanti, vel vir sit senex, vel ager, vel non reddit cùm redire promittat, sufficiens videatur, vt possit coniux ad alias nuptias transire, quia fama illis circumstantiis vestita certitudinem moralem præstat, iuxta Glossam in cap. quoniam frequenter, verbo præsumatur. Pl. lxx non contestata. Et tradit Abbas in cap. in presentia de sponsalibus num. 6. Nauart. cap. 2. num. 5. Mafcard. conclus. 1075. num. 4. Gutierrez. d. cap. 5. num. 4. Sanch. disp. 46. num. 1. & alij apud ipsum. Fama verò probanda est duobus testibus omnī exceptione maioriibus, qui deponere debent se à fide digni auduisse, scilicet in illo loco publicum, scilicet credere rem ita se hæcere. Quinidem si conjecturatur probabilis mortis coniugis non adiut explicare debent à quibus personis audiuntur, sibi fortè sex vel octo testibus fama comprobetur, sicut hoc maius latius prosequitur Mafcard. conclus. 1074. & conclus. 1074. Thom. Sanch. d. disp. 46. num. 16. Leonard. Leissius. lib. 2. de iust. cap. 29. num. 144.

S. II.

Qualiter pœna Iure Ciuii statutæ feminis, intra annum lucis secundū nubentibus, luce Canonico correctæ sint?

- 1 Qualiter annus lucis computandus sit?
- 2 Prima pœna est infamia.
- 3 Secunda ne posteriori viro possit in ultima voluntate reliquere ultra tertiam partem suorum bonorum.
- 4 Tertia est incapacitas cuiuscumque hereditatis, & legatis quocunque præter maritum relata.
- 5 Quarta, ut omnia relata in ultima voluntate à marito priuari amittat.
- 6 Quinta, ne consanguineis ultra tertium gradum ab intestato fuccedere possit.
- 7 Sexta, ut filii prioris matrimonij medietatem suorum bonorum concedat.
- 8 Haec pœnas non incurrit uxor, si primum matrimonium, vel secundum non subsistit.
- 9 Haec pœna non extundatur ad virum, qui intra annum lucis uxoris, ducit.
- 10 Omnes predictæ pœna Iure Canonico sunt correctæ, si aliqui contrarium conseruant.
- 11 Sublate sunt haec pœna non solidum in foro Ecclesiastico, sed etiam seculari.
- 12 Vxoris nubentis intra annum lucis capax est cuiuscumque hereditatis, sive ab extraneo, sive à marito relata.
- 13 Proponitur questio, An legitum relictum sub conditione, ne ad secundas nuptias transeat, quodque intra annum lucis pœna non perficit, correctum sit Iure Canonico?

- 34 Jure Canonico correcta non est tradita dispositio.
 35 Qualiter alimena uxori vidua prestanta sine ab heredi-
 bus mariti, si ad secundas nuptias transeat?
 36 Quid de teste lugubri?
 37 Quid de lecto quotidiano?

1 Pulares sunt pœna iure Ciuii impositæ foemini intra anni num luctus nubentibus, ut constat ex rot. tit. Cod. de Secundiis nuptiis. Annus luctus computatur à die mortis prioris viuæ & ignoranti cedit iuxta leg. genero, s. de his qui non sunt infamia. Hæc pœna statuta sunt, tum ut filii post mortem prioris coniugis nati ad ipsum sciantur pertinere, tum ne vultus suscipiari possit uxori cupiditate noui matrimonii incendi, ut morti cooperantur esse, uti exprestè deciditur in leg. regia 3. tit. 6. part. 7. Et ibi Greg. Lopez in gloss. vlt.

2 Prima pœna vidua nubentis intra annum luctus, est infamia, quam incurrit ipso iure tam ipsa, quam vir eam ducens, vii habetur in leg. 1. Cod. de secundiis nuptiis, iuncto Authenti de nuptiis §. prima sequidem collat. 4. Et tradit Bald. in dicta leg. 1. num. 1. vers. infamia. Et ibi Salicet. num. 1. notab. 1. Requiritur tamen sententia declaratoria delicti, seu facti scilicet matrimonio secundò contrafacti, ut rectè aduentur alii relatis Sanch. lib. 7. disp. 87. num. 1.

3 Secunda pœna est, he posteriori viro possit in ultima voluntate relinquere ultra tertiam partem suorum bonorum ex dicta leg. 1. Cod. de secundiis nuptiis. Ex quo sit manifeste neque in vita posse ultra hanc tertiam partem illi donare. Nam cum omnis donatio inter coniuges irrita sit, nisi morte donantis confirmetur, & hæc confirmari nequit ultra tertiam partem, efficiunt ultra tertiam partem donari in vita non posse. Atque ita docent Glosa in dicta leg. 1. verbo testamento. Et Salicet. n. 4. q. 1. Sanch. alios referens d. disp. 87. n. 4. Quod si mulier secundum vitum instaurat heredem suorum bonorum, censent Glosa & Salicet, locis allegatis validam esse institutionem, ne mulier testata & incestata decedat, ut obligari vitum hereditibus ab intestato omnia restituere tertia parte excepta portio autem in dicta leg. 1. num. 1. & Bald. num. 10. placet institutionem valere quoad tertiam partem, & quoad reliquias teste hereditibus ab intestato, quod mihi magis probatur. Neque obest quod mulier partim incestata decedat ex casu aliquo speciali, & à lege induito.

4 Tertia pœna est, ut ea mulier nubens intra annum luctus reddatur incapax & inhabilis cuiuscunq; hereditatis legati, fideicommissi, donationis causa moris à quoconque præter manum herc relinquantur ex dicta leg. 1. Cod. de secundiis nuptiis ibi: Omnia præterea hereditatum, legatorum, fideicommissorum suprema voluntate relictorum, moris causa donationis sit expi. Hæc namque omnia ab hereditibus, aut ab intellato succedentibus vindicati ubemus. Notandum inquit est verbum expi, quod denotat nullam partem in eo relictum habere posse, iuxta leg. expiri literam. Cod. de decurionib. lib. 10. Item notandum verbum vindicari, quod probat in vindicantis dominio rem ex stere. Leg. in rem actio. 2. 3. ff. de Re vindicat. ac proxime uxori nubentem nullum dominium in sibi relata acquireti, sed ea omnia heredibus, vel successoribus ab intellato competere. Atque ita tradunt in dicta leg. 1. Albert. num. 1. in fine. Et ibi Cynus in prius. notab. 3. & num. 6. q. 8. Salicet. num. 1. notab. 2. Decius num. 10. notab. 8. quos refer. & sequuntur Sanch. dicta disp. 87. num. 8. vbi opum invenit obligatum esse uxori nulla expectata sententia iudicis hæc sibi relata alii hereditibus, seu successoribus ab intestato restituere, vixit quod nullum dominium in iis accipit.

5 Quarta pœna est, ut omnia relata in ultima voluntate à marito prius amittat, ut constat ex dicta leg. 1. Cod. de secundiis nuptiis. Expressum autem specialiter hæc pœna ultra præcedentem, eo quod mulier intra annum luctus nubens non redditur incapax donationis inter vivos à quoconque alio præter mariti facta. At donationis facta à marito omnino incapax est, cum enim durante matrimonio donata à marito uxori non acquirantur, nisi morte confirmata sint in morte autem incapax sit cuiuscunq; à marito relata, sit sancti nihil à marito donatum retinere posse, sed omnia heredibus, vel successoribus manu obligatam esse reddere, ut exprestè habent in leg. regia 3. tit. 12. part. 4. ibi: [s] debe de perder las arnas, y la donacion que le fijo el marido fiaado, y la otras que le fijo el marido finado. Y las otras cofas que le hubiere dejado en su testamento, e deben las de auer los hijos que finaren del, y si hijos no dexare los parientes que hubieren de heredar lo fijo.] Atque ita tradunt Bald. in dicta leg. 1. num. 6. Et ibi Decius num. 5. notab. 13. Surdus de alimenti. tit. 7. q. 22. num. 14. Sanch. alios relatis d. disp. 87. num. 10. & num. 1. re-
g. 6. adiutori hæc inserviencia esse de donatis titulo lucrativo, non oneroso, quia de his tantum prædicta lex 1. loquitur, id est non comprehendit sponsalitatem largitionem, quia hæc non titulo lucrativo, sed remuneratorio con-
citat. Et præcipue quia hæc constante matrimonio ac-
quiritur uxori, unde est priuari non potest nisi accedente sen-

tentiā condemnatoriā, vel salrem declaratoriā criminis, seu facti.

Quinta pœna est, ne consanguineis ultra tertium gradum ab intestato succedere possit; habetur in dicta leg. 1. Cod. de secundiis nuptiis, & docent ibi Baldus num. 3. Decius num. 20. Sanch. num. 15.

Sexta est, ut filii prioris matrimonij medietatem suorum bonorum concedat. Leg. si qua maliter. 4. Cod. ad Senatus Consul. Tertullianum. Et §. prima sequidem. Authent. de Nuptiis, collat. 4. Hæc autem qua ratione pœna est, & non declaratio bonorum, quia alii filii compeunt necessario requirit sententiam saltem declaratoriam, cum sit priuatio iurius iam legitime quæsti.

Has tamen pœnas non incurrit uxor secundum probabilitatem sententiarum, si eius matrimonium primum nullum fuit, quia re ipsa non nupti secundò, & docuit alii relatis Ripa in Rub. de secundiis nuptiis. num. 14. Et idem videtur dicendum, si matrimonium secundum non subsistit, esto primum legitimum fuerit, quia re ipsa secundò non nupti. Et licet priori viro iniuria facta sit, & force grauior contrahens initè secundas nuptias, non obinde inseritur afficiendam esse pœnas impositas secundò nubentibus, cum ipsa solùm apparenter nubat, & non verè, & propriè. Verum in foro externo digna est, ut prædictas pœnas afficiatur, sicut notauit Sanch. disp. 87. n. 18. Neque item in prædictis pœnas incidit coniux secundò nubens, si primus matrimonium consummatum non fuit, vel secundum intra annum luctus non consummatum. Nam cum hæc lex penalitatem sit, & libertati matrimonij non leviter obstat, verba illius in omni proprietate sumenda sunt. At hæc lex 1. Cod. de secundiis nuptiis vicit verbo maritus, & verbo nuptiarum, quæ solùm matrimonio post consummationem applicantur. Atque ita defendit alii relatis Sanch. d. disp. 87. n. 19. Quod vero vidua etatis minoris sit, si secundò nubat intra annum luctus, nullatenus à prædictis pœnis ob eam causam excusat poterit, quia dicta lex 1. generaliter, & indistinctè loquitur, sicuti notauit Bald. ibi. post. princ. Et Decius. num. 2. cap. 21.

Illiud est ferè apud omnes certum teste Sanch. lib. 7. disp. 87. num. 20. nullomodo has pœnas esse extendendas ad virum qui intra annum luctus uxorem secundo ducat, ut exprestè notatur in §. prima sequidem. Authent. de Nuptiis, collat. 4. ibi: Sed viri quidem ibant omni oblatione fecuri. Et colliguntur ex dicta leg. 1. Cod. de secundiis nuptiis, & leg. si qua mulier. Cod. ad Senatus Consul. Tertullianum, quæ exprestè de viro loquuntur, & licet dispostum in uno correlativo in alio censerit debat dispostum, id subintelligitur quando est eadem ratio in viroque, quæ tamen non est in prædicti cum foemini competit viros lugere, ac proinde à nuptiis abstinerere. Secùs vero viris qui lugere uxores non compelluntur, leg. uxores. ff. de his, qui non sunt infamia. His positis,

Eisti aliqui censeant Ius Canonico prædictas pœnas corrigit non posse, cum non tendant ad impedendum matrimonium absolute, sed ad impedirendam illius accelerationem. Alij verò iudicent solam pœnam infamie sublatam esse, siquidem illius tantum mentio facta est in cap. finali. De secundiis nuptiis. At verissima, cōmuniuersaque sententia docet omnes prædictas pœnas correctas esse, quod optimè potuit præstate Ius Canonicum, tum ut libertati matrimonij faueret, tum ut periculum peccandi in viduis evitaret, quæ rationes, æquæ in aliis pœnis, ac in pœna infamia procedunt, cum extimare aliarum pœnarum deinceps coniux posset, eis tentationibus carnis vexata à matrimonio contrahendo. Sic pluribus relatis Courraru. in 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 9. num. 1. Et 6. Gregor. Lopez leg. 3. verbo fasti un anno tit. 1. part. 4. Guicciard. in leg. numero pœsi. ff. de legatis 1. & de matr. capit. 208. num. 3. Sanchez innumerous referens. lib. 7. disp. 87. num. 23. & exprestè deciditur in leg. regia 3. tit. 1. lib. 5. nona collect. ibi: Mandamus que las mujeres viudas puedan libremente casar dentro del año, &c. sin alguna pena, y sin alguna infamia, &c. no obstante cualesquier leyes defueros y ordenamientos, y otras cualesquier leyes, &c.] Quod adeò verum est, ut effo viuda nubat in ea parte anni, ut meritè dubitari posset à quo proles sit an à priore, vel posteriori marito, non obinde in aliquam pœnam incurrit. Quia Textus in dicto cap. fin. & lex regia indistinctè, & generaliter facultatem nubendi concedunt, neque ad aliquam anni partem restringunt, ut alios referens docent Courraru. ia 4. decret. 2. p. cap. 4. §. 9. num. 3. Anton. Gabriel lib. 3. commun. opin. tit. de secundiis nuptiis, concl. 5. num. 6. Sanch. lib. 7. disp. 87. num. 26. Guicciard. cap. 108. num. 7.

Negat solùm huiusmodi pœnae sublate sunt quoad forum Ecclesiasticum, sed etiam quoad forum secularia, alii sibi in foro seculari obseruanda essent, merito viuæ à contrahendo matrimonio detinere, ne legalis infamia, aliarumque pœnarum iacturam in illo foro sustineret contra Textum in dicto cap. fin. De secundiis nuptiis Atque ita ut certum tradit Glosa ibi Ioann. Andreas numero 5. Alexand. de Neu numero 12. Petri. Surdus de alimenti. titul. 7. q. 22. numero 1. q. 1. Sanch.

Sanch. lib. 7. disputat. 87. numero 27. Gutier. capit. 108. numero 8.

12 Ex quo sit vxorem intra annum locutus nubentem non solum caparem & habilem esse cuiuscunque hereditaris, & legati, seu donationis causâ mortis ab extraneo relicta, sed etiam relicta à marito; quia hæc inhabilitas, pena gravissima erat, retardare poterat matrimonio, ideoque sublata est ab Ecclesia, vt alii relatis docuit Sanch. num. 25. Gutier. num. 5. Et eadem ratione sublata est pena, de qua in leg. si qua mulier. 4. Cod. ad senatus-Consulatum Tertullianum. Et in Aub. de nuptiis. §. prima siquidem coll. 4. nempe quod mulier intra annum nubens teneat suorum bonorum filii prioris matrimonij concordere, quia hæc etiam est pena in odium festinationis nuptiarum inducta, ideoque abroganda sicut & alia pena, vt notarunt alii relatis Sanch. num. 28. Gutier. d. cap. 108. num. 9.

13 Supradicti aliquot quæstiones. Prima, An ex dicto cap. fin. de secundis nuptijs. & leg. regia 3. tit. 1. lib. 5. collect. correctum sit Authentic. cui reliquit. Cod. de iudicâ viduit. tollenda. Et Authentic. de nuptijs. que vero, vers. unde sanctius collat. 4. quibus statutorum legatum coniugi ab altero coniuge, seu extraneo relictum sub conditione, ne ad secundas nuptias transeat minimè, peccat intra annum luctus, nisi spes nuptiarum deficiat; at transacto anno peccat praestitio cautione de cum fructibus restituenda, si conditione parvum non fuerit? Videtur namque correctum esse, eo quod absque causa legatariorum impediatur a petitione legati toto anno luctus, cum ramen legatum, cui nullum tempus à testatore designatum est statim legatario cedat. Quod si dicas impediri a petitione legati eo anno, quia præsumitur durante anno abstineri à nuptiis potius timore penarum, quam ob retinendum legatum? Obstat, quia prædicta lex ex quo de legatis viro ac vxori relictis loquitur, cum tamen vir dicens vxorem intra annum luctus nullas incurrit penas. Non igitur in timore penarum fundari poterat prædicta prohibito, ac proinde ut contraria nuptiis censoriter debet abrogata.

14 Ceterum tenendum est prædictam legem Iure Canonico, aut regio correspondam non esse, eo quod nullam penam contineat, sed dispositionem voluntatis testatoris maxime fauorem. Quippe cum testator velit legatum lega ario acquiri sub ea conditione abstineendi à nuptijs, & huic voluntati favent maxime, ne legatum statim concedatur, illius enim defensione per annum legatarii voluntatis abstinenti à nuptiis cognoscitur, sicut Iure Canonico, aut regio eam dispositionem non nullatenus corrigit. Et licet leges Imperatorum quatenus tales sunt, nullam vim in Hispania obtineant, tamen ut sunt rationi naturali conformes, neque legibus Hispaniae contraria omnino seruantur, vt late probat Burgos de Paz in leg. 1. Tarr. 1. num. 20. Cum ergo dispositio Authentic. cui reliquit nec penalitatem, nec contraria Iuri Canonico, aut nostro regio secunda est. Atque ita tradit Acostra in leg. cum tale §. si arbitratu. num. 3. ff. de conditionib. & demonstrat. Sanch. lib. 7. disputat. 87. num. 29. Gutier. dict. cap. 108. num. 10. & sequentibus.

Quæstio secunda est circa alimenta vxori viduae præstanda ab hereditibus mariti. Etenim heredes mariti obligant uxori superstiti donum consistentem in bonis immobilibus statim tradere, at consistentem in bonis mobilibus, se mouentibus, & incorporabilibus post annum à die mortis mariti, iuxta leg. univ. 8. ex actio Cod. de rei vxoris actione. & legem regiam penit. it. 1. part. 4. A qua verissima doctrina duo casus excipiendi sunt in quibus bona dotalia mobilia statim post mortem mariti sunt restituta. Primum, si in testamento ea bona præcipiantur à marito uxori restituti. Ut enim legatum illud aliquid operetur. Statim ea bona restituta sunt, iuxta leg. 1. ff. de Dote prælegata, & §. sed si uxori insit. Ad leg. Falciad. Et tradit Surd. de alimento. tit. 7. q. 22. num. 11. & 12. Barbosa in leg. 2. ff. Soluto matrimonio, num. 36. Secundus est, si maritus promisit donec soluto matrimonio restitutum, quia illa promissio vt aliquid operetur videat facta de restituta statim dote, dilationeque legali renunciatum, lux. Bart. in leg. si diuatio. num. 5. ff. de verbis obligationis. Et tradit Barbosa supra & Gutier. d. cap. 108. num. 17. Interim autem quod dos in his rebus mobilibus consilens non restitutum, obligantur heredes mariti pauperem vxorem superstiti ale ex sententia Glosse communiter recepta in dicto §. ex actio, verbo restituendis. Et in leg. diuatio. glos. 2. ff. soluto matrimonio. Et tradit pluribus relatis Matienzo in leg. 3. glos. 2. num. 19. tit. 1. lib. 5. noue collect. Barbosa in leg. 2. in princ. p. 16. ff. soluto matrimonio. Verum si prædicta vidua intra annum luctus nubat, cessat obligatio in hereditibus eam alendi, tamen dorem intra illum annum non restituant, sicut non obligantur restituere nisi in casibus supradictis, vt relato Iason. in §. fuerat. n. 35. init. de actionib. docuit Matienzo supra n. 34. Barbosa num. 3. Couartuu. 2. p. decreta. cap. 3. §. 9. numero 9. Sut. de alimento. tit. 7. q. 22. num. 9. Sanch. lib. 7. dis. 87. num. 30. Gutier. cap. 108. num. 14. & alii apud ipsos. His positis.

Dubium est, An haec aduersentur dispositioni cap. fin. de se-

cundis nuptijs, siquidem viduae transeunt ad secundas nuptias intra annum luctus denegantur alimenta alioquin præstanda? Sed dicendum est nequaquam predicto cap. aduersari, neque illam consuetudinem vlo. Iure Canonico corrigi. Quippe vidue pauperi ad secundas nuptias transeunt non denegantur alimenta ab hereditibus mariti in persona, seu odium festinanti matrimonij, sed quia iam manu o' operi obligatio alendi. Quare si ab hac obligatio maritus excusat, eo quod inops sit, heredes prioris mariti dum dotem non restitutum, certe non debent ab alimentis præstandi. Sic Antonius Cuchus lib. 1. instit. maiorat. it. 12. num. 140. Matienzo in leg. 3. glos. 2. num. 19. it. 1. lib. 5. recopilat. Sanch. lib. 7. dis. 87. num. 30. Gutier. cap. 108. num. 19.

Quæstio tercia est circa vestes lugubres, quas heredes mariti defuncti vxori superstiti concedunt. Quia in re variæ sunt sententiæ, vt videat est apud Matienzo dicta leg. 3. glos. 2. a. num. 39. Couartuu. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 9. num. 10. Gutier. lib. 2. præl. 9. q. 9. 5. a. num. 6. Antonius Cuchus lib. 5. instit. maiorat. it. 12. num. 190. Sanch. lib. 7. dis. 87. num. 31. Alii allerrunt heredes mariti obligatos esse vxori superstiti vestes lugubres concedere, quando obligari sunt alimenta præstare. Alii consentem semper esse obligatos viles, & ordinarias vestes concedere, scilicet magi valoris. Quod si nubat obligatam esse hereditibus restituere eas vestes pretiosas, scilicet viles, quae pretioꝝ videtur sub ea conditione donatae, viles autem absolute. Ego vero existimo in hac parte feruandam esse consuetudinem. Quod siue consuetudine non constet, credo probabilius nullatenus viduam transeunt ad secundas nuptias obligatam esse has vestes lugubres sue modici, sue magi prius hereditibus restituere. Nam si heredes obligati erant vel ex consuetudine, vel titulo alimentorum haec vestes lugubres vxori superstiti concedere, non possunt ab ea transeunte ad secundas nuptias repeter, quia ea cau loco alimentorum succedunt, que semel præsta nonquam restitutur. At si heredes abique vlo obligatio haec vestes lugubres vxori superstiti concederent, cum ea concessio facta non fuerit sub expressa conditione, ne ad secundas nuptias transeant, non videtur vxori obligata ad eas vestes reddendas. Verum casu quo vxori transiens ad secunda vota, & infra annum luctus teucoribus prædictas vestes lugubres restituere, vt placet pluribus relatis a Sanch. dicta dict. 87. num. 31. nequaquam excusat ab hac obligatio ex dicto cap. fin. de secundis nuptijs. quia haec restitutio non est ob penam secundarum nuptiarum, sed quia secundis nuptiis contractis defecit conditio sub qua vestes illæ consenserunt. Eadem siue docent Antonius Cuchus, Matienzo Gutieri & Sanch. loc. alleg.

Quæstio quarta est de lecto quotidiano, quod ex bonis coniugis defuncti tradendum est superstiti iuxta leg. 6. tit. 6. lib. 3. fori. Quæ sic sit. [Si el marido, o la mujer muriere el echo que auia quotidiano siue al vivo, y si se casare tomaelo a particion con los herederos del muerto:] an inquam haec obligatio restendit lecum iuste Canonico abrogata sit; Et dicendum est nequaquam abrogatam esse, quia haec obligatio tanvirum, quam feminam ad secundam vota intra annum luctus transeuent iescipit, cum tamen penas iuste Civili inducit solam vxorem affligant. Præterea haec obligatio non est pena nuptiarum, sed legalis quadam dispositione concedens coniugi infra annum à nuptiis abstinentem lecum ex bonis coniugis defuncti. At transeunt ad secunda vota intra illum annum medietatem tantum, ut ex communis sententia tradit Sanch. lib. 7. dis. 87. num. 32.

Nomine leci quotidiano non venit intelligendum seruum, & pretiosum quo tempore matrimonij coniuges vebanum, sed quod fuerit conueniens statu iuxta juxta perlonam qualitate, ut pluribus firmat. Menoch. lib. 1. presump. 134 n. 5. Gutier. lib. 2. præl. 9. q. 9. 5. num. 6. Sanch. dis. 87. num. 32. Sed an veniat intelligendum cancellus, hoc est camæ de madra? Negat Quesada lib. diuinar. question. cap. 28. circa fratrem. Gutier. lib. 2. præl. 9. q. 9. 5. in fine. n. 22. Argum. leg. haec mens. §. fin. ff. de legatis 3. vbi idem consenserunt legati leci testitudine, eriam si habeant pedes inargentatos, quia illorum fuit facta expresa mentio. Cum ergo in hoc legato nullus sit mentio cancelli, hic non venit intelligendum. S d hoc argumentum non virget, expatio namque leci restitutio inducit obligacionem concedendi cancellum quantumvis ornatum, qui deficiente expressione concedendum non esset, bene tamem communis, & vulgaris. Nam cum leci omnes frequenter & in plurimum habeant cancellum legato leco ca omnia intelligenda sunt, quæ lecum communiter componunt. Si enim (vt inquit Gutier. & Quesada) comprehenduntur pulvinaria, hoc est almoeadas, & colchones, syndones, & loidices, id est mantas y sabanas ex Textu & Glosa in leg. statum. ff. de verbis significatis, & ornamenta leci, id est corinas de la camay coberto, per Textum in leg. librorum. §. fin. ff. de legatis 3. cur non armatura leci comprehendendi debeat, cum absque illa nullus ferè lecus constitatur?

Hic lecus deducendum est ex bonis coniugis defuncti superfluerat, si adiungit, sin minus ex capitali ei competenti debet.

debitis ex iustitia prius solutis. Quod si ad horum solutionem bona illius praeter lectum insufficienter fuit, non est ledus concedendus, quia huiusmodi lectus conceditur per modum successions, & haereditatis, vt indicat titulus, & Rubrica de las herencias, sub quo lex collocatur. At haeres, & succellos nemo est potest bonorum defunctorum nisi esse alieno deducto, quia illius tantum sunt quae superfluit deducto esse alieno. Ex leg. substitutio. §. bona si de Verbor. significat. Leg. frumenti. Sicut matrimonio. Et alius relatis a Baëza de non melioranda ratione doris filiibus, cap. 2. a n. 1. & seqq. Argue ita tradit Gutier. lib. 2. prat. q. 9. 4. per totam. Sanch. lib. 7. disp. 87. n. 11. Zevallos in suis qq. prat. q. 1. n. 10.

Predicunt lectione coniux superestes accipit præstia cautio ne de illo reddendo ad partitionem, si ad secunda vota transfeat scilicet intra annum lucitus, ut aduerterit Gutier. d. lib. 2. prat. q. 9. 5. num. 15. Quare si vir vel feminam ad secunda vota intra annum lucitus transferit statim teneat in conscientia leedium accepitum reddere, ut inter ipsum, & mani haereses diuidatur si enim indicant illa verba. [Et si se casare tornelo a particion con los haerederos del muerto.] Quid enim est inquit Gutier. suprad. [tornelo a particion con los haerederos del muerto] quam ipsum diuidens cum eisdem saltē in alibi ratione? Sed hoc intelligendum videtur easu quo ex bonis supererucratis deductus sit, quia eo easu diuidendus erat. Nam si nulla supereruerit bona supererucrata, sed ex capitali defuncti sicut lectus deductus, placet Gutier. d. q. 9. 5. a num. 17. integrè haereditibus defunctis esse reddendum, quia scilicet hac legi integrè illis competit. Quod certè difficultate non erat, cum lex de quolibet lecho sive ex bonis supererucratis, sive ex capitali defuncti deducto absoluto statuat reddendum esse non ut cuncte, sed ad partitionem, hoc est ut inter ipsum, & haeredes defuncti diuidatur.

§. III.

Quae sint pena Iure Ciuiili statuta in fauorem filiorum prioris matrimonij, & an haec Iure Canonico abrogatae censeantur?

- 1 Primæ pena. Coniux transiens ad secundas nuptias amittit proprietatem omnium bonorum, qua à coniuge defuncto habuit, referuanturque filii prioris matrimonij retento solo usufructu.
- 2 Secunda. Non coniux sive vir, sine feminam secundum matrimonium contrahens possit dare novo coniugi plus, quam dederit vni ex filiis prioris matrimonij, cui minus dedit.
- 3 Tertia. Secundò nubens amittit filiorum tutelam.
- 4 Non sufficit ad amittendam tutelam matrimonium esse ratum, et si aliqui contrarium ostenerint.
- 5 Transfus factio ad secundas nuptias ipso iure apertitetur tutela.
- 6 Si marius uxorem tutricem filiorum relinquit in testamento, communis sententia defendit ipso iure amitti tutelam.
- 7 Si exprimit esto ad secunda vota transeat, probabilius est officio iudicis expelli à tutela debere.
- 8 Plures docent, hanc penam extendi ad patrem secundam uxorem ducentem. Sed oppositum tenendum est.
- 9 Quarta pena. Vida filiorum tutrix transiens ad secundas nuptias, qui prius adeat iudicem incidit in omnes penas, que viduis infra annum lucius nubentibus imposita sunt.
- 10 Quinta. Aliquis placet matrem transiuntam ad secundas nuptias amittere restamenti executionem. Sed contrarium tenendum est.
- 11 Potestas iustandi uxori à marito concessa non expirat ob transsum ad secundas nuptias.
- 12 Sexta pena est priuatio educationis filiorum.
- 13 Per transsum ad secundas nuptias non priuari educatione filiorum, sed venire priuandam plures Doctores censem.
- 14 Probabilitus existimo ipso iure priuatum esse educatione, nec iudicem posse ei illam concedere.
- 15 Satagit oppositio fundamentis.
- 16 Hac pena non extenditur ad patrem transiuntam ad secundam vota.
- 17 Septima pena affertur à pluribus esse, ne possit mulier secundo nubens exemplariter substituire, filio mente capto, muto, & furdo, &c.
- 18 Hanc sententiam admittit Grég. Lopez, cum substitutio in quo animo præsumitur facia.
- 19 Verius est non priuari matrem secundò nubentem potestate exemplariter substituendi.
- 20 Supposita priori sententia est grauis quæsto, an substitutio exemplarum facia à matre vidua reddatur irrita ipsa poena ad secundas nuptias transiunte. Et referuntur Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

plures sententia.

- 21 Verius est substitutio non euane cere.
- 22 Pater secundo conjugatus non priuatur potestate exemplariter substituendi in omnium ferè sententia,
- 23 Octaua pena soleret assignari priuatio succedendi intaci apupillari substitutione. Sed non est admittenda.
- 24 Nona pena est priuatio priuilegio honoris marit.
- 25 Decima, ne teneatur filius aliqui diues dotem sue marit pauperi secundo nubenti constitutere.
- 26 Undevicesima. Nequit ad secundas nuptias transiens donationem filio factam reuocare ratione ingratitudinis.
- 27 Duodecima est amissio tacita hypotheca, quam vidua habet in bonis mariti, utriusque prælatio. Sed non admittitur.
- 28 Decimæteria est tum obligatio, quam pater habet rogatus ab auro restitundi haereditatem filiis, tum obligatio praefandi caucionem de bono vnu ad venditionem.
- 29 Decimæquarta est obligatio, quam subit mater filij bona ad ministrans de modicis.
- 30 Posti coniuges se obligare sub aliqua pena abstinerent à secundo coniugio priori dissoluto.
- 31 Prædicta pena Iure Canonico non sunt irrita.

S Anch. lib. 7. disp. 88. a num. 2. usque ad 37. refert has penas, casque optimè explicat, idèoque eius ordinem sequemur.

Prima igitur pena est, ut coniux transiens ad secundas nuptias amittere proprietatem omnium bonorum, quia coniuge defuncto habuit, referuanturque filii prioris matrimonij retengo solo usufructu, iuxta leg. feminæ Cod. de secundis nuptiis, & tradit. Gab. lib. 3. commun. opin. tit. de secund. nupt. concil. 1. a n. 13. De qua pena agemus §. sequenti.

Secunda ne coniux huc vir, sive feminam secundum matrimonium contrahens possit dare novo coniugi in dotem, vel alio titulo plus quam dederit sive in vita, sive in morte vni ex filiis prioris matrimonij cui minus dedit: sic habetur in leg. hac editali 6. in principio. Cod. de secundis nuptiis. Quod si plus dederit, ea parte quo ex. sic irritum est, reliquum vero firmum subsisteret, ut colligatur ex dictâ leg. hac editâ 6. in principio. Cod. de secund. nuptiis. Et ibi Glosa, Alexander de Neuco cap. fin. num. 8. de secund. nuptiis. Et docuit Anton. Gab. t. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptiis. concil. 4. Sanch. d. lib. 7. disp. 88. n. 3.

Tertia. Mater secundò nubens amittit filiorum tutelam, leg. fin. & Authent. Sacramentum. Cod. quando mulier tutela officio. & Authent. ut sine prohibitione maris §. vñ. collat. 7. & leg. 5. tit. 16. part. 6. Et idem intelligendum est, si curatrix filiorum sit, quia dispositum in tutela censetur in curatoria dispositum. Argum. leg. quod si nolit, & quod in procuratore sive de Aditione editio. Edocet Glosa in authent. mari. Et autia verbo tutelam. Cod. quando mulier. Decius in cap. ex parte M. de appellationib. Gregor. Lopez in l. 4. verbo la guarda. tit. 16. p. 6. Sanch. alios referentes d. disp. 88. n. 14. Amittit inquam non per sponsalia de futuro, quia haec non sunt nuptiae, sed nuptiarum promissio. Et Auth. sacramentum expresse dixi contractis secundis nuptiis. Quod adeò verum est, ut nec iudex denegare ei tutelam possit ob sponsalia contracta, quia usque haec perfriciantur suspecta reputari non debet. Sic uti probabilius docuerunt G. e. Lopez in dista l. 5. verbo cañando. Gutier. de tutela. 1. p. c. n. 2. Menoch. de arbitriar. easu 1. s. n. 7. Sanch. lib. 7. disp. 88. n. 5. Matrimonium verò ratum, & firmum esse debet, alias non verificabitur ad secundas nuptias vere, & propri transiuste, ut recte aduersus Baldum in c. ex parte M. n. 20. de appellationib. notavit Sanch. d. disp. 88. n. 7.

Sufficere autem matrimonium ratum esse, tametsi consummatum non sit ad amittendam tutelam docet Bald. in l. omnem. n. 10. ad Senatus-Confultum Tertullia. Alexander de Neuco in cap. fin. n. 10. de secundis nuptiis. Anton. Gab. tom. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. concil. 9. num. 13. quos refert, & sequitur Sanch. d. disp. 88. num. 6. Quia Textus vxoret transiuntam ad secundas nuptias tutela priuant, eo quod violauerit datum fidem à nuptiis abstendendi, & quia per matrimonium suspecta redditur male administrationis. Ad haec rationes procedunt, esto matrimonium consummatum non sit, ergo, &c. Nihilominus verius censco requiri matrimonium esse consummatum. Tum quia Textus de transiuste ad secundas nuptias expresse locuti sunt, nuptiae autem proprie non sunt quoque matrimonio sit consummatum. Præterea haec leges penales, & correctoria non debent extendi, sed potius restringi, ac proinde de matrimonio in suo esse perfetto, quale est consummatum intelligi debent. Sicut docuerunt Rom. singul. 22. 9. tu habes quod mater, &c. Neuizanus lib. 2. filius nuptialis num. 50. Boetius quæst. 166. num. 5. Gorazdinus consil. 18. num. 4. Menoch. de arbitriar. easu 1. s. n. 8. Ad rationem oppositam negandum est matrimonij contractu ablique consummatione perfecte fidem datum violari, aut suspectam de malâ administratione reddi.

Porro transiuste ad secundas nuptias amittitur tutela ipso iure, ita ut in conscientia obligatus mater à tutela munere

N abla

abstineret, ut docuerunt Gregor. Lopez, in leg. 5. art. 16. part. 6. verbo *el mas*, cercano. Anton. Gomez in leg. 14. Tauri. num. 10. Nauart. cap. 2. §. numero 67. Sanch. innumerous referens d. dispu. 88. numero 10. eo quod matr censenda si tutela concessa sub conditione ne ad secunda vota transeat, ut indicat instrumentum, quod in susceptione tutelæ præstat à nuptiis abstinenti iuxta leg. fin. Cod. quando mulier. At tutor sub conditione datum si conditioni non pararet cessat ex leg. tutor datum ss. de testamentaria tutela, manifesteque supponitur in cap. ex parte 24. de appellacione. ibi, predicti filii eius sub potestate, & tutela ipsius minime permaneant, cum iam ad secunda vota transseatur. Neque obstat quod in Auhent. Sacramenta. Cod. quando mulier tuncle officio. &c. dicatur Contraria secundas nuptias expelli eam à tutela conuenit, quasi non de necessitate, sed de honestate expellenda sit, & non ipso iure, sed iudicis officio. Non inquam obstat, quia Texus loquitur de expulsione quoad factum, non quoad ius, quæ expulsio non est necessaria, cum ipso iure tutela desirerit, est tamen maximè conueniens, ut nullà ratione tutela munere vti audeat.

6 Verum si maritus suam vxorem turicem filiorum reliquerit in testamento, est grauis quæstio. An mater transiit ad secundam vota hanc tutelam testamentariam amittat? Et quidem quando absoluere, & simpliciter eam relinquit communis est sententia, quam defendit Gregorius Lopez in leg. 5. verbo *sacaritatem*. 6. part. 6. Anton. Gomez, in leg. 14. Tauri. num. 11. Gutier. de tutelis 1. part. cap. 9. num. 16. Molin. de primogenitis, lib. 1. cap. 9. num. 4. Matienzo lib. 5. recipital. tit. 1. leg. 3. glossa 2. num. 9. Sanch. d. dispu. 88. num. 8. & alij apud ipsos amiti ipso iure. Argum. Auhent. de Nuptiis cap. 4. §. fin. autem tutelam, vers. nos auem, ubi Texus quoad amittendam tutelam aqualem facit secundum nubentem, ei qui ante transactum lugubre tempus nupserit. At nubens infra annum luctus incapax est cuiuscumque tutelæ. Ergo, &c. Deinde quia Texus exclusivent matrem filiorum tutela generaliter, & indistincte loquuntur. Ergo tam de tutela legi-
ma, quæm̄ testamentaria sunt intelligendi, maxime cum eadem ratio in viroque procedat, scilicet suspicio male administrationis, & bonorum dissipatiois ob secundi viri affectum. Ea autem designatio facta à marito defuncto operatur, ne cius vxoris suscepientis tutelam obligetur satisfare iuxta Texum infinitum. sat. dat. tutor. in princ. eo quid eius fides fuerit à filiorum patre approbata; non tamen operatur tutela retentionem, si ad secundam vota transeat, cum præsumi non debeat eam habuisse intentionem. Si enim id intendere, exprimere poterat.

7 At si de facto vxorem turicem filiorum reliquit exprimens esto ad secundam vota transeat, Baldus in cap. ex parte M. num. 2. appellat. Et ibi Francus num. 2. notab. 3. Silla nuptialis lib. 2. verbo *vixit*, non est nubendum num. 50. Matienzo dicta leg. 3. glossa 2. num. 9. Sanch. d. dispu. 88. num. 9. cetero non solum non amittere tutelam per transitum ad secundas nuptias, sed neque iudicis officio ab ea expelli posse. Quia ea designatione qualificata omnem videtur maritus suspicionei qua esse poterat male administrationis exclusisse. Si enim hanc suspicionem excludit à quolibet extraneo, quem designaret, cur non ab eius vxori sibi magis nota? Nil hilominus est hæc sententia valde probabilis sit, probabiliorum reputo, quam tradit Ruru. cons. 87. num. 10. volum. 5. Anton. Gomez dicta leg. 14. Tauri num. 11. in fine. matrem secundum nubentem saltem officio Iudicis expelli à tutela debere. Morever, quia leges in filiorum fauorem priuarunt matrem secundo nubentem filiorum tutela, ex quod præsumperit matres secundo nubentes vt in plurimum bona filiorum inique cito administratur, quoniam ob effectum secundi mariti corrum vita insidiaturas. At ex designatione à marito facta haec suspicio frequenter contingit purgari non potest, tametsi purget singularis, & priuata sua vxoris suspicio, ergo non obstante ea designatione leges suam vim, & efficaciam retinent. Et confirmatur nullibi est concecum posse matrem ad secundam vota transeuntem retinere tutelam ex mariti concessione, neque marito leges hanc priuationem indicentes abrogare, aut in illis dispensare. Ergo absque fundamento alterius ex concessione mariti posse matrem transeuntem ad secundam vota tutelam filiorum retinere. Neque oppositum fundamentum virget, quia extraneo non interdicunt tutela à lege, bene tamen matrem transeuntem ad secundam vota, neque extraneus suspicetus est male administrationis, sic mater ad secundam vota transeat.

8 Sed an hæc pœna amittendi filiorum tutelam extendatur ad patrem secundam vxorem ducentem? difficultate non caretinam esto de sola matre leges loquantur, dispositum in uno correlativo, in alio censeri debet dispositum, maxime cum eadem ratio in viroque procedat, scilicet suspicio male administrationis ob effectum secundi coniugis. Atque ita docent Angel. Auhent. de non eligendo secundo nubentes. §. quia vero num. 16. Ripa in leg. fin. quæst. 2. 6. Cod. de renunciandis donis. Cassaneus in consuetudin. Burgund. Rub. 6. §. 8. num. 2. in

fine. & num. 7. Sed oppositum omnino tenendum est, nam si filii sub potestate parentis sunt constituti, quando pater ad secundam vota transit, cum per coniugium non amittat vium frumentum in bonis filiis, leg. fin. Cod. de bonis maternis, nec legitimam illorum bonorum administrationem ratione & usu, etiam si competentem amittere deberet, ut deciditur in leg. generiter in fine vers. negotia. Cod. de secundas nuptijs. Si vero filii emancipi sunt, & illorum tutor patre existat, cum transiit ad secundam vota, esti probable sit tutelam amittere ob rationem superioris dictam, longe verius est eam retinere; quia nullibi cauimus est patrem ob secundum coniugium amittere tutelam, sed locum de matre id est decisum. At leges penales, & correctoriarum non debent ex uno casu ad alium extendi, maxime cum adeat diversa ratio, ut in praesenti. Quippe pater vptotè maiori prudentia, & iudicio prædictus ob nouum coniugium filiorum amorem non perdit, sciri mates, quia leuioribus sunt ingenii, perdere cententur. Argum. leg. lex que iuratores. Cod. de administr. tutorum.

Quarta pœna. Vidua filiorum tutrix si ad secundas nuptias transeat, quin prius aedat iudicem, peratque filii tum res designari, & suscepere tutelam ratione redditæ, & solus quidquid ratione tutelæ debuerit, incidit in omnes penas, quas viduita intra annum luctus nubentibus duximus impossibilis esse, exprefse habetur Auhent. de Nuptijs. §. si autem tutelam, collat. 4. Et Auhent. ei dem pœna. Cod. de secundis nuptijs. Hæc enim pœna non importunit obnoxium coniugium fed ob infidelitatem commissam in tutelæ administratione. Nam clavis in susceptione tutelæ nuptiarum renunciatur, ut deciditur in Auhent. Sacramenta. Cod. quando mulier tutela officio, & promiserit tacite ad secundam vota non migruerit nisi prius iudice adsto, & tunc filii perito, & susceptæ tutelæ ratione reddita, & his omissis ad secundas nuptias transit, supradicta pœna afficitur; ut post alios antiquiores probat Anton. Gabiel. tom. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptijs. concil. 9. num. 9. Sanch. lib. 7. dispu. 88. numero 12. Quintino ob hanc causam priuatur mater, ne illi filio succederet ab intestato, possit etiam via substitutionis, si imputubes moriatur, ex leg. omnem 6. Cod. ad Senatus consilium Territorian. Bonaque posterioris viri sunt tacite obligata pro mala huius feminæ administratione. Ex leg. si mater. Cod. ex quibus causis tacit pign. vii notarunt Anton. Gab. dicta concil. 9. num. 4. Sanch. d. num. 13. Ab hac pœna eximitur mater, si minoritatem tempore suscepit tutelæ, tametsi maior fuerit, & tempore quo secundas nuptias contraxit, t. quia cum tutela minoribus sit interdicta, ea suscepit nulla fuit, ac proxime tutrix non est censenda. Deinde eximitur vir secundam uxorem ducens, quia ipse obligatur ante matrimonium utrumque patrem, cum matrimonio contracta tutelam non amittat, ut recte docut Anton. Gab. & Sanch. Suprà.

Quinta: aliquibus placet matrem transeuntem ad secundas nuptias amittere testamenti executionem, quæ illi est à viro commissa, eo quod tutela, & executione testamenti aq[ue] parenti, & ex uno ad aliud argumentari licet. Telle Gloss. in leg. antepenult. verbo ad aliam. ff. de Testulis. Et leg. ex verbo ab script. ff. de Falsis. Et alii relat. Peralta in leg. omnem 19. ff. de legatis 2. At hæc mater perdit ob nuptias tutelam, ergo & testamenti executionem. Atque ita docent prout refert Sanch. d. dispu. 88. num. 14. Gulielmus Benedict. cap. Raynitus, verbo qui cum alla num. 203. de testament. Lucas de Peana in leg. quies. col. 2. verl. sed pone mulier. cap. de priuilegiis schol. lib. 12. Spino in dubio testamenti. gloss. 8. prim. ep. num. 35. Et sub dubio Ioann. Lupus Rab. de donation. inter vir. & uxorem. §. 67. num. 15. Sed contrarium omnino tenendum est cum ipso Ioanne Lupo in leg. 31. Tauri num. 18. Coarctari. in cap. tua num. 3. de testament. Greg. Lopez in leg. verbo frayles tit. 10. p. 6. Aules in proem. cap. prator. gloss. num. 43. Matienzo lib. 5. recipital. 5. leg. 5. gloss. 8. num. 5. Sanch. hos & alios plures referente d. dispu. 88. num. 14. eo quod nullibi cauimus sit uxorem secundum nubentem perdere testamenti executionem. Neque ex amissione tutela hæc amissio interfurit, sciri neque ex concessione tutela interfurit testamenti executionem concessum esse, ut manifeste probat lex compacter. & hereditatem ff. de leg. 2. iuncta l. si arrogati ff. de tutelis, vbi deportatione finitur tutela, non tam executionis, vel electionis officium. Ratio est, quia tutela concessa à lege est mariti in filiorum commodum, cui non leviter obstat secunda nuptia. At testamenti executo à restatore coceditur nullius in particulari commodi respiciens. Non igitur mirum est quod tutela nouis nuptiis finitur, non ramen testamenti executio.

Hinc recte inferunt Ioann. Lupus dicta leg. 31. Tauri num. 11. 38. & 39. Sanch. d. dispu. 88. p. 15. potestatem testandi vxori à marito concessam non expiriare ob transiit ad secundas nuptias, quia nulli hæc priuatio indicetur.

Sexta pœna est priuatio educationis filiorum, cum enim filii apud matrem potius, quam apud quilibet aliam personam educandi sint, si non vieticum eis inducerit, ut dicitur in leg. 1. Codic. vbi papilli educari debant: & Auhent. de nuptijs §. eiusdem quoque, collat. 4. Et Auhent. ut licet mari-

Eius illud quoque collat. 8. At vietrico eis inducto non apud matrem, sed apud aliam personam educari debent.

13. *Dificultas ergo inter Doctores est, Au per transitum ad nupias priuata mater filiorum educatione, vel solùm redatur suspecta, iudicisque arbitrio relinquatur, an priuatis, vel concedi educatio debeat iuxta circunstancias occurrentes.*

*Quia in re plures graue que Doctores, quos referunt, & sequuntur Molina t.i. de iust. disp. 224. num. 12. Sanch. lib. 7. disp. 89. num. 17. censem matrem secundum nubentem non priuari filiorum educatione, sed venire a Iudice priuandam, nisi forte probauerit illius esse moris, & honestatis, ut tollat omnia suspicione malae educationis, quam per matrimonium incurrit; nam eo casu filiorum educatio non est illi auctorita, sicut lice mota in Granateni prætorio ablatio non sicut teste Sanch. d.n. 17. Mouentur præcipue ex leg. 1. C. ubi pupilli educari debeat, vbi inquit Textus *Educatio pupillorum iuorum nulli magis quam matri eorum si non vietrico eis induxit committenda est.* Quando autem inter eam, & cognatos, & tutores orta fuerit dubitatio adicus Præses priuincie inspecta personarum qualitate, & conditione perpendet, vbi puer educandi debeat. Remittitur ergo Iudicis arbitrio penes quem puer educandus sit lice mota inter matrem, cognatos, & tutores. Neque valer id est intelligentium, dum matrem vietricum filii non induxerit. Tum quia ante inductionem vietrici non est in arbitrio Iudicis constitutum, penes quem puer educandus sit, cum lex matrem omnibus alius praescribat. Tum quia pronomen illud eam quod relationem est, referunt ad casum propinquorem præcedentem, qui est cum mater filii vietricum inducit. Secundo ex leg. 5. *par. 15. Cod. de negotiis*, vbi supponit educationem priuigeni vietrico commissam esse; ibi: *Si paterno affectu pristinus tuus affisi. At vietricus magis suspectus est de mala educatione aliena prolixi, quam matre.* Ergo mari ca educatione deneganda non est, quia vietrico conceditur. Tertio ex dicto Platonis dialog. 11. de legib. lege constituta, dum dicebat filiorum educationem apud matrem secundum nubentem non esse, ex toto sciendum, sed in propinquorum facultate possumus esse volunt. Hinc consequenter inferit Sanch. *dicta disp. a. 88. num. 19.* matrem secundum nubentem non excludi a pupillorum educatione, ex eo quod pupilli successura sit in parte, vel tute haretur, quia ictu ob hanc causam suspicione iniquae educationis augeatur, ideoque grauior probatio moris, & honestatis ad illam eidemdam sit requisita. Ac cum nullibi causam sit ex hoc capite matrem priuari; non debet priuatio induci. Quapropter si inter matrem denuo nubentem, filioque succelluram, & eius cognatos agitur lis penes quem pupillus sit educandus, si mater probauerit æquibene apud ipsam, quā apud alium quilibet cogitatim pupillum educari posse, obligatur Iudex ei pupilli educationem concedere. Argum. leg. 1. *Cod. ubi pupilli educari debeat*, vbi deciderit qualitatem, & coniunctionem contendendum super pupilli educatione, pectantem esse; & recte, quia cum duo contendor præqueret qui potenter est, *leg. pupillum §. fin. ff. de Re iudicata.* Et tradit Barbolai in *leg. 1. part. 7. num. 5. §. solvo matrem.* At mater coniunctior est filio, & ob hanc patrem potest, ergo illi educatio est concedenda, sicut tradit Sanch. d. *disp. 88. n. 18.**

14. *Nihilominus etiæ hæc sententia satis probabilis sit veriorem, & probabilitorem reputo, quæ assert matrem transiensem ad nuptias priuatas esse filiorum educatione, nec Iudicem posse cum illi permittente. Sic docet Glossa in *Aub. vi licet mari & auct. §. illud quoque. verbo non venit*, collat. 8. *Ruinas* *on. 87. in fine volum. 4. Menoch. de arbitrio, ens. 168. num. 10.* Matienzo lib. 5. *recopilat. tit. 1. leg. 3. gloss. 2. num. 8. Spino Iudiciale testament. gloss. 29. princip. num. 13.* Et alij relati a Sanch. d. *disp. 28. num. 16. in fine.* Mouetur, nam ex dicta leg. 1. *Cod. ubi pupilli educari debeat*. Et *Authent. de nuptiis* *et auct. 4. illud quoque collat. 4.* Et *Authent. vi liceat mari, & auct. §. illud quoque collat. 8.* expresse dicitur tradendam eam, matre, vt pote fide digniori educationem filiorum, nisi ad secundas transferit nuptias. Hac igitur supponunt transiensus secundas nuptias non esse filiorum educationem concedendam. Et licet in dicta leg. 1. subiungatur, quando inter matrem, & cognatos orta fuerit dubitatio de filiorum educatione, præfitem priuinciam arbitrii posse, penes quem filius educari debeat attenta personarum qualitate, & conditione, inde non inferunt priuinciae Præsidi commissum esse arbitrium concedendi filiorum educationem mari ad nuptias transeunt. Quippe hac dubitatio, & lis mota non est inter matrem denuo nuptiam, sed inter matrem viduam & cognatos. Quod mihi persuaderet pronomen illud eam, quod relationem est, & referunt ad præcedentiam cum suis qualitatibus, vt probat alius relatis Roland. *conf. 79. num. 54. volum. 3. Menoch. conf. 190. num. 13. volum. 4.* At textus in verbis antecedentibus solūm de matre vidua egerat, inquit enim concedendam esse mari educationem pupillorum, si non vietricum eis induxit; mater inquam non indecens pupillis vi-*

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

tricu vidua est. Ergo in illis verbis nuptias negavit, non concessit. Non igitur pronomen eam ad matrem nuptiam referri potest, vti voluit Sanch. Et licet matri vidua ius statuerit filiorum educatione concedi, non obinde inferatur arbitrio Iudicis locum non esse, quippe matri concedenda est, si bona opinio existat, & non alter, vt declarat lex regia 19. tit. 16. part. 6. ibi. [Pero si hubiese madre que fuere mujer de buena fama, bien le puede der el hijo que le crece, & ella puede lo tener mientras mantubiere viudez.] Arbitri ergo Iudex debet a bona opinione existat, vt merito ei concedenda sit filiorum educatio, vel ponus neganda, & alias cognatis concedenda. Secundum mouetur ex dicta leg. 19. ius commune declarante, quæ decidit matrem secundum nubentem priuandam illico esse filiorum educatione, inquit enim Textus: *Mas luego que cajare, deben sacar al quer fano de su poder: vbi notandum est adverbium illud luego latine statim, mox, illico, quod omnem dilationem excludit, & consequenter probationem, quæ in contrarium esse poterat, ludicrific sententiam, vt ex multis probat Tiraquel. in leg. 5. §. unquam, verbo revertatur, num. 109. Cod. de renocand. donationib. Gutier. de iuram confirm. 1. p. cap. 6. num. 4.* Deinde ponderandum est verbum debet, quod necessitate, non voluntate importat, vt pluribus exornat Tiraquel. lib. 1. de retratu lignar. §. 1. gloss. 1. initio. Sanch. lib. 4. *disp. 2. num. 2.* Non igitur est locus Iudicis arbitrio. Neque valer dicere supradicta procedere casu quo mater non probauerit incontinenti eius moris, & conditionis esse, vt omnem suspicione male educationis excludat, quia si huiusmodi probationibus locus est, iam non illico, & statim filiorum educatione priuatur, neque ex necessitate, sed ex probationis defectu. Si enim lex vellet vni filiorum educatione rescriberetur post nuptias ipsa probante nullius suspicione rem esse, vicevera verbo posset, & non verbo debet, diceretque, [mas luego que se casate podran le sacar el querfano de su poder.] Ergo cum vna fuerit lex verbo debet omnem hanc probationem excludit. Quod non leuiter confirmatur ex eo quod eodem tenore matrem secundum nubentem a filiorum educatione hæc lex excludit. At eam excludit leg. regia 5. tit. 16. part. 6. à tutela ibi: [debe sacar los mojos de la guarda de su poder.] Et quod magis est eodem tenore ac ius commune à tutela matrem secundum nubentem excludit, vt constat ex Auth. *Sacramentum. Cod. quando mulier tutela officio.* ibi: [ed contritus secundus nuptiis expelli eam à tutela eouenit. Et Auth. vi fine prohibitione matres, §. conico. vers. propterea igitur sanctissima collat. 7. ibi: Mox tamen vt secundas contrarerit nuptias repente expelli à tutela. Ergo absque fundamento afferitur L. 1. *Cod. ubi pupilli ducari debeat*, arbitrium Iudicis concedi a pupillorum educatione, postquam mater ad secunda vota transit. Tereti matrem secundum nubentem leges priuant tutela, eo quod præsumant eæ amore noui mariti dulcam bona pupillorum dissipaturam, imo illorum vita infidaciam, vt constat leg. lex qua tutores, *Cod. de adm. nuptiar.* Et *Authent. de nuptiis* *§. fin. vers. non autem, collat. 4.* Et leg. regia 19. tit. 16. part. 6. Sed hæc ratio æquæ procedit in educatione, imo & efficacius quam in tutela, quando tutela ab educatione separatur, cum educatione personam respiciat, tutela vero bonorum administrationem. Praeterquam quod tutela regulariter simul cum educatione coniungitur, si igitur mater ob secundas nuptias si suspecta redditur ad bonorum pupilli administrationem, vt iure ipso eæ administratione priuatur, à fortiori educatione censenda est priuata. Et confirmatur. Nam vietrico permittit bonorum pupilli administratio, *leg. fin. Cod. de contrario iudicio tutela.* sed non illius educatione secundum Gloss. ibi verbo proponit. Et leg. 1. vers. si non vietricum. *Cod. ubi pupilli ducari debeat*, quia maiorem fiduciam postular educatione personæ, quam illius bonorum administratione. Ergo si mater nubentem ob suspicione excluditur ab administratione bonorum pupilli, ab eius educatione exclusa censetur. Quicquid quoties lex ob presumptionem aliquid certum statuit, omnem probationem censetur excludere, tametsi expelsa eam non excludat, quia ex presumptione iuris, & de iure, vt tradit Abbas in cap. quanto, num. 2. de presumptionib. Et ibi *Felin numer. 3. Couarru. 4. decre. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 2. Menoch. lib. 1. presump. quef. 3. num. 12. Malcard. de prob. concl. 12. 18. num. 4.* At leges ob presumptionem iniquæ educationis statuunt, ne matris si ad secundas nuptias translat pupilli educandi concedatur, sed ex eius potestate extrahantur. Ergo aduersus hanc presumptionem nulla est admittenda probatio. Neque oblat presumptionem iuris & de iure, aduersus quam nulla admittitur probatio ex alibus præteritis sumendam esse: teste Euerardo in suis locis locis topicis, loco & tempore ad tempus, num. 2. Menoch. de presump. lib. 1. quest. 3. in fine, quomodo hæc presumptione (quidquid dicat Sanch. a. disputat. 88. num. 27.) sit iuris, & de iure, siquidem ex actu præterito, scilicet ex novo matrimonio, novique viri amore præsumit ius inquitaret in educatione commitendam, quod satis est, vt sit presumptione iuris, & de iure, vt colligatur manifeste ex Authenti, sed iam necesse, *Cod. de donationib.*

N 2 ante

ante nuptias juncta Gloss. Authent. de qualitate doris, collat. 7. §. aliud quoque, verbo priuilegium. Et pluribus comprobatur idem Sanch. lib. 7. disp. 37. num. 8. Illud vero censeo priori sententia concedendum hanc priuationem educationis non ipso iure induci, sed Iudicis officio faciendam esse, ea quod Textus solum priuationem futuram indicant, & Doctores de hac materia loquentes id ipsum supponunt, ut bene aduetur Sanchez dicta disp. 88. num. 21. Quare dum mater secundum nubens a Iudice non priuatur pupillorum educatione optimè illam retinere poterit.

15 Argumenta in contrarium non vrgent. Primum ex probacione nostræ conclusionis solutum est; non enim ad matrem nuptiam, sed vidua referendum est arbitrium Iudicis, nam cum mater, & vidua ad pupillorum educationem debet esse bona fama, potest aliquando haec qualitas deficere, ut merito cogniti agere possint apud iudicem de remouendo eam a pupillorum educatione, ut constat ex leg. 1. iuncta Gloss. verbo ex conditione. Et leg. si disceptetur. Cod. ubi pupillus educari debet. Ad secundum admitto vietrico concedi posse. Tum quia vietricus non est a iure supeficius, neque ob presumptionem iuris exclusus, sicuti est mater. Tum quia mater ob eius leuitatem, & eascum in vietricum amorem presumitur vita pupillorum insidatura; quod tamen de vietrico non presumitur. Ad tertium. Platea non decidit quid factum sit, sed quid esset faciendum, cui ramea sententia Imperatoris non adhaeserunt.

16 Hac poena ex omnium ferè sententia teste Matienzo lib. 1. recop. itit. 1. leg. 3. gloss. 2. num. 8. Spino in speculo testament. gloss. 29. num. 14. Sanch. disputas. 88. num. 20. ad patrem transtinentem ad secundam vota non extenditus, quia leges magis de patre, quam de matre fidunt, ideoque patri tutelam concedunt, quam matri denegant.

17 Scipionam poenam mulieris secundum nubentem esse affirmat Matien. dicta gloss. 2. num. 37. Spino gloss. 2. num. 7. Et plures relati a Sanch. num. 22. ne posse exemplariter substituere filio mente captio, muto, fudo, & prodigo cui bonis interdictum est, quique testari nequeunt, eo quod haec potestas matri concessa sit ob pietatem, quia filios prosequi debet, iuxta legem Humanitatis. 9. Cod. de impuber. & aijis subfit. Et leg. regiam 11. sit. 5. part. 6. At haec humanitas, & pietas ipsa ad secundas nuptias transire, siquidem ex facto nouerca, & inimicae filiorum constituitur, leg. lex quis tuores. Cod. de administrat. minorum. Ergo, &c. Secundo. Haec mater nuptias deinde contractis priuatur administratione honorum filii viue nisi quia excluditur ab eius tutela. Ergo etiam priuari debet administratione honorum post mortem, cum respectu viriusque æquum suscepit cencorur.

18 At Gregor. Lopez in dicta leg. 11. verbo las madres. Molin. de inst. com. 1. trach. 2. disp. 18. 5. verbo utrum mater, & alij plures relati a Sanch. num. 2. 3. admittunt prædictam sententiam, cum substitutione iniquo animo presumitur facta, ut si facta fuisset in eius Amatio, aut vietrico, quia non decet eam substitutionem subfistere, quia pietatis, & humanitatis filii contraria est. Secundus vero si ea substitutione ita piè, & honestè facta esset, ut merito posset filium si sui compos esset eam fore ratum habitum, quia tunc in filium humanitatem exercet, ne intefatus decedat.

19 Sed ut rectè Sanch. pluribus relatis dicta disputat. 88. numero 2. 4. eti prædictæ sententia probabiles sint, longè probabilius est matrem secundum nubentem non priuari potestate exemplariter substituendi, quia nullibi haec poena indicata est. Et ex priuatione tutela non potest defumti argumentum ad hanc priuationem inducendam, partim quia poena extendenda non sunt, maximè cum adeo diversa ratio ut in præfenti, siquidem sublata matri tutela iudeo ex officio tutorem designat: at sublata matri potestate substituendi filio nequit index substituentis designare, quod esset graue filii praedictum, qui intefatus decederet, partim quia parti suspecto denegetur tutela filii superstis. L. si cum dorem s. eo autem tempore ff. soluo matrimonio, non tamen negatur potestas pupillariter substituendi.

20 Supposita autem priori sententia tanquam vera mouet Sanch. num. 2. 5. graue questionem. An substitutione exemplariter facta à matre vidua redditur irrita ipsa postea ad secundas nuptias transire? Quia in re refert plures affirmare irritam esse, eo quod illa substitutione non cencorur consummata, & perfecta eo tempore quo facta est, cum adhuc filius, & mater vivant, postmodum vero perfici nequeat ob matris incapacitatem, ergo redditur irrita. Argum. leg. si sub una s. si quis viam ff. de verborm obligacionib. & quia incapaci superueniens substituenti annullabit substitutionem, leg. coharedi s. cum filio ff. de vulgar. Ergo incapaci superueniens substituenti annullabit substitutionem. Alios refert negantes substitutionem esse irritam, si piè, & humane facta sit, qualis fieri à filio, si sui compos esset, secundus si alterius. Alios dicentes esse nullam substitutionem, si ea facta statim ad secundas nuptias transire, quia presumunt dolose fieri, secundus si ex intervallo.

Sed his sententis omisis verius est substitutionem non ut euancifere, ut tradit Sanch. alii relatis dicta disp. 88. num. 2. 5. eo quod illa substitutione tempore habili facta integra sit, & perfecta, tamen effectum non fortatur, quoque filius decedat, quia et substitutione post filii vitam, neque ex nouis nuptiis irritari potest, sicuti non irritatur testamenrum ante furorem factum furore superueniente. §. item furiosi inffit. quibus non est permisum facere testamenrum. Neque ex eo quod substitutione euancifat incapacitate, superueniente substituto, inserti potest nullam reddi incapacitatem substituenti superuenientem, quia est longe diversa ratio, quia in substitutione habere debet effectum, qui si incapax est tempore quo illum habere debet, perit substitutione. At ex parte substitutionis iuncto quia substitutione sit integrum effectum habet, neque penderat à futura illius incapacitate.

Patrem vero secundo coniugatum non priuari potestate ut exemplariter substituenti filio est certum apud omnes, telle Boërio decr. 188. n. 2. Matienzo lib. 1. recip. tit. 1. leg. 3. gloss. 2. num. 37. Sanch. alii plures referente dicta disp. 88. num. 26. eo quod de patre nullibi cautum sit, & ius de parte, potius quam de matre confidit.

Ostendit poena, quam aliqui Doctores relati a Sanch. dicta disp. 88. num. 27. assignant matri secundo nubentem est priuatio succedendi in tacita pupillari substitutione: nam cum haec successio ex voluntate substituentis pendas, merito prelumi potest substituentem vellet, ne mater, quia filio impuberis iniuria est ad secunda vota transfeudo, ei succedat. Sed verius est, quod plurius firmat Sanch. num. 28. ex foliis nuptriis secundo contractis hanc voluntatem præsumi non posse. Nam cum ius hanc successionem matri concedat in tacita substitutione pupillari, qua ob transfeudum ad secundas nuptias iure ipso non priuatur, liquidum nullus est Textus hanc priuationem indicens, credendum est substituentem absolue velle in sua substitutione se iuris dispositioni conformare, ac proinde dum aliud non explicat velle matrem secundo nubentem exclusam non esse à substitutione tacita pupillari filii.

Quæ autem sint conjecturae sufficietes, ut præsumamus matrem exclusam esse, si secundo nubat, sicuti excluditur in substitutione expresa pupillari arbitrio prudentis relinquendum est. Communior sententia teste Sanch. d. disp. 88. num. 29. & seqq. affirmit esse sufficiemtē conjecturam, si substituentis matri legatum reliquerit sub conditione viduatus, vel dum vidua fuerit. Qui enim volunt sciemam secundo nubentem à parte suorum bonorum excludere, merito præsumi potest voluisse excludere à tota hereditate.

Nona poena est priuatio priuilegii honoris prioris matriti. Etenim dum mulier vidua permaneat, eodem priuilegio honoris fruatur, ac quando nupta erat, quia censemur sub matrimonio præcedenti esse, ut tradunt omnes in leg. 20. Cod. de bonis matris. leg. somnia ff. de Senatoribus. leg. siij vers. vidua ff. ad Municipal. Et pluribus exhortat Tiraquel. de nobilit. cap. 13. num. 9. Ac si ad secundas nuptias transfeat, percunt prioris viri priuilegia honoris, utpote quæ censemur non potest sub eo matrimonio esse, succedunt priuilegia posterioris viri si alia sunt, ut haberur Authent. de nuptiis. collat. 4. s. non tam permissimus. Et leg. mulieres Cod. de dignitatibus.

Decima, quam fecit omnes Doctores tradunt, ne teneant filius aliquo diues dorem sua matri pauperi secundum nubentem confitueret; quia aquum non erat obligari ad prestatum quod sibi indecens, & in honorem non erat. Verum si matrem præsumatur periculum incontinentiae subire, nisi matrimonio contrahat, affirmat Tiraquel. in iure primogen. quaff. 62. numero 13. & leg. 2. connub. gloss. 1. par. 2. num. 9. Boërius decr. 129. in fine. Baëza de non meliorando filiabus cap. 11. num. 49. Et alii relatis Sanch. d. disp. 88. num. 32. obligatum esse filium dorem constitutere, quia minus illi indecens est sua matris nouum coniugium, quæmeritatem. Ut ergo meritum viri vitæ necessaria ad coniugium subministrare debet. Ceterum etiæ hoc semper consuetudinem sit, verius existimo haec filio obligationem non subesse. Quippe haec obligatio prouenire potest vel ex iure posse, vel naturali. In iure positivo nullus reperitur Textus, ex quo colligi possit. Ex iure autem naturali solum habetur obligatum esse filium mari egenti, siue viduae siue nuptia alimenta ministrare, luxurie legem si quis à liberis. §. parent. ff. de liberis agnoscendis. Et licet dos loco alimentorum succedat, valacque argumentum ex alimentis ad dorem, ut probat Eucherius. loco ab alimentis ad dorem num. 1. id procedit in parentibus, qui dorem filii constitutere tenentur. Secundus in filiis comparatione parentum, quibus ut nubant non tenentur constitutere dorem: alia sit obligatur filius sua matri egenti nuptie alimenta ministrare, obligaretur dorem constitutere, etiam secluso incontinentiae periculo. Ob vitandum vero in matre periculum incontinentiae non videtur obligari designare dorem, quia nemo tenet alienum peccandi periculum vitæ cum graui sui iactura. At designatione doris non leviter filio

filio praeiudicat rum in honore, rum in re familiari. Et quamvis matris mereretur magis quam matrimonium filio iniuriosum sit, ac ea iniuria non est filio impuranda. Secus vero inuria matrimonij, si ipse ad matrimonium dorem constitutus. Non igitur obligandus videtur matti periculum incontinentie habenti dorem designare. Atque ita tradit Bald: *in leg. unica in fine. Cod. de iustificatis dotib. Corrasus in leg. qui liberos n. 11; ff. de Ritu nuptiarum.*

²⁶ Vndeclima: nequid ad secundas nuptias transiens donacionem filii faciat reuocare ratione ingratitudinis, quia praesumitur non ob ingratitude dicim filii, sed ut vixito placet reuocare, et dicitur *in Authent.* quod mater, *Cod. de reuocando donacionib.* Et habetur *in leg. 7. Cod. eodem tit. & §. Mater. Authent. de Nuptiis:* in quibus Textibus triplex causa excipitur. Primum, si filius vita matris insidias fuerit. Secundus, si manus impias in eam iniecerit. Tertius, si aucturam torius substantiae molitus fuerit. Hac tamen ponam non affectu pater secundum coniugium contrahens, quia nullibi cauetur, & quia non preluminatur ob amorem uxoris animum matratus, & securi preluminatur de matre ob eius innata inconstantiam, & levitatem: sic tradit Sanch. dicta disp. 88. num. 5. ex glossa *in dicta Authent. mater. verbo, nisi tamen, & d. Auhent. quod mater in fine.*

²⁷ Duodecima, iuxta aliquos, quos tacito nomine referunt. Garron. Rub. *Cod. de secundis nuptiis. num. 52. pena 26.* est annullatio tacita hypotheca, quam vidua haberet in bonis matrimonijque praelationis pro dote sibi soluenda, iuxta leg. assidu. ff. que potores in pignore. Etenim cum haec hypotheca, & ius praelationis concedatur, vt filius feminam nubere possit, *leg. 1. ff. soluo et marimonio.* in vidua iam nupta ratio predicta celat ac proinde cessare debet priuilegium. Sed rectius Sanch. pluribus relatis *d. disp. 88. n. 34.* negat viduam secundum nubentem amittere dictam hypothecam, & ius praelationis. Nam elto hoc priuilegium feminis concedatur, vt filius nuptias contrahere possit. At nuptias contrahitis, eoque priuilegio acquisito, semper retinetur, sive nuptias iterum contrahantur, sive non, quia ab his iam non penderit, alias vidua incapax nuptiarum ob religiosum professionem priuata est eto priuilegio, quod non est dicendum: Ergo ex eo quod secundas nuptias contraheret priuilegium tacita hypotheca, & ius praelationis, quod in bonis mariti prioris acquisitum nullatenus amitterit, cum nullo iure haec pena inducatur.

²⁸ Decimateria pena est, tum obligatio, quam pater habet ergo ab uno restituere hereditatem, & filiis satisfacie de ea restituenda, si secundum vxorem ducat. *Lego ibidem. §. in supradictis. Cod. ad Trebellian.* Et *Authent. de Nuptiis. §. placet.* Tum obligatio prestanti cautionem de bono viuidentium, quorum vnumfructum habet, iuxta legem *Hac edita. §. his illud. Cod. de secundis nuptiis.* Et tradit *Matrem. lib. 5. recop. tit. 1. leg. 3. gloss. num. 12. & 16. Sanch. d. disp. 88. num. 35.*

²⁹ Decimaquarta pena est obligatio, quam subit mater filii bona admittit trans reddendi rationem de modicis: *Authent. de Nuptiis. §. fin. autem tutelam, quia ob secundas nuptias subpele redditur, à qua obligatione exempta erat in statu viuali; iuxta leg. quamvis ff. de conditionib. & demonstrationib. Bald. in leg. circa oportet. §. fin. num. 4. Cod. de bonis quia liberis Paulib. §. fin. in fine. Matrem. lib. 5. recop. tit. 1. lego 3. gloss. 2. n. 2. quos referit, & sequitur Sanch. dicto disp. 88. num. 36.* Ad dictum id verum esse, tametsi a viro relieta sit tutrix filiorum, & à reddendis rationibus teleuta, quia non praesumitur resuani transiens ad secundas nuptias, & in filiorum praeiudicium, nisi id fuerit expressum.

³⁰ Ad extremon docet recte Sanch. *d. disp. 88. num. 37.* aduersus alios grauissimos Doctores post coniuges se mutuò obligare sub aliqua pena abstinenti à secundo coniugio priori illo disoluto, quia nullus est Textus hanc obligacionem penalem interdicens. Nam Textus in cap. gemma de sponsalib. Et leg. *Tertia ff. de verborum obligacionib.* interdicunt stipulationem sponte alibus apposita, ne ab illis recedatur. Quæ stipulatio mercede castellum, quia cogit ad matrimonium incurrunt, quod coacte contractum difficilem exitus habet. *Cap. requisisti. De sponsalibus.* At hæc stipulatio non ad matrimonium incurrunt, sed ab abstinentia à matrimonio cogit, quod longè diuersum est. Et licet Textus in leg. quiores 22. fidei conditionibus & demonstrationibus iniciat conditionem appositam abstinenti à nuptiis, & Textus in leg. adiutor 6. ff. de iure patronatus, remittat inuamentum à liberto factum de uxore non ducenta, non inde inferatur predictam stipulationem, & obligationem penalem à secundi nuptiis abstinenti inuidentam esse, quia prædicti Textus solùm recessant conditionem, & inuamentum abstinenti à nuptiis, quod de primis nuptiis intelligendum est iuxta Textum in *Authent.* cui relatum. *Cod. de iudicata videtur. non autem recessant conditionem,* & inuamentum à secundi nuptiis abstinenti. Præterquam quod aliud est conditio, & inuamentum ex aliena voluntate appositorum, aliud est si propriâ voluntate suscipitur: primum

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

in predictis legibus relictur, non autem secundum. Quintino iuriscentum à primis nuptiis abstinenti nunquam recti potest iure Canonico spectato, alias vorum, & iuramentum virginitatis seruandæ irritum esset, quod non est dicendum.

Quoad secundum in titulo huius §. propositum, An scilicet predictæ pena iure Canonico irritari sit? Quamvis aliqui grauissimi Doctores, quorum meminit Sanch. lib. 7. disp. 88. num. 38. clementer spectato iuri rigore irritari, eo quod obstine matrimonij libertati, cui fauor intendit Textus in cap. fin. de secundis nuptijs. Attamen receptissima sententia omnium Doctorum sententia est, nullam ex predictis penis iure Canonico castari; eo quod non sint penæ ob secundas nuptias impositæ, sed positis secundis nuptiis sunt quedam legales dispositiones iuri naturali maximè conformes in favorem filiorum prioris mariti; siue rectè expendunt post alios antiquiores Couatru. in 3. decret. 2. part. cap. 1. §. 9. n. 5. Anton. Gab. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptijs. concl. 6. à n. 1. Matrem. lib. 5. recop. tit. 1. leg. 3. gloss. 2. num. 1. & 44. Sanch. lib. 7. disp. 88. n. 39. Gutier. in repetit. leg. nemo potest, n. 2. ff. de legatis 2. & lib. 2. præd. q. 95. n. 5. & de mar. cap. 108. num. 21. & 22. & alii.

§. IV.

Qualiter parentis secundum matrimonium contrahens, teneatur reseruare filii prioris matrimonij bona, quæ à primo matrimonio processerunt?

1. Coniux ad secunda vota migrans, tenetur reseruare filii prioris matrimonij quicquid ab alio coniuge accepere titulo lucrativo.
2. Procedit decisio non solum in matre transiente ad secundas nuptias, sed etiam in patre secundum coniugium inueniente.
3. Item procedit in bonis à coniuge acceptis non solum immediate, sed etiam mediae.
4. Reseruanda sunt hac bona, ut equaliter inter filios prioris matrimonij dividantur.
5. Non est correctum per legem regiam 19. Tauri.
6. Filius prælatus in tercia parte bonorum, an succedere debeat in proprietate quinti à matre amissi equaliter, cum suis fratribus, vel an in eo melioratus intelligatur?
7. Sanch. censem melioratum intelligi.
8. Verius est oppositum.
9. Coniux ad secundas nuptias transiens, non potest proprietatem bonorum immobilium, que ab alio coniuge accepit alienare.
10. Si de facto coniux predicta bona alienauerit, non amittitur usufructus: coniugi, nec filiis possunt a possessoribus vindicare ramæsi contrarium censem Bald.
11. Post mortem coniugis parentum filii ea petere, & vendicare a possessoribus.
12. Si parente bona non alienauit, sed consumpsit, tenentur heredes ex illius bonis suis facere.
13. Heredes mariti obligari sunt restituere uxori bona in dote accepit, & estimat, si culpa mariti perierunt.
14. Ut locus sit huic referentio quadrupliciter conditio requiriatur.
15. Qui veniant nomine coniugis ad secundas nuptias transientes intelligendis?
16. Deinde expenditur quale debeat esse matrimonium?
17. Supradictis bonis reseruandis continetur legatum, quod ex quinto bonorum coniux à coniuge prædefuncto accepit.
18. Mater ad secundas nuptias transiens tenetur reseruare bona quæ ex substitutione pupillarum patris accepit per mortem filii.
19. Hac bona, quæ filii ex testamento patris reseruanda sunt debent esse bona ex substantia patris procedentia.
20. Bona concessa coniugi superstiti contemplatione coniugis prædefuncti, affirmant plures reseruanda esse filii prioris matrimonij. Sed oppositum verius est.
21. An coniux succedens filia in dote ab uxore coniuge donatam reseruare eam teneat filii prioris matrimonij. Affirmat Azuedo, sed rectius Sanch. asserta solam dimidiam partem reseruandam esse.
22. Examinatur, an reseruanda sit legitimæ patris, quam filius defunctus matri superstite. & transiens ad secundas nuptias reliquit?
23. Non tenetur reseruare filii prioris matrimonij bona, quæ per uenerunt ad filium ex substantia cui, in quibus pater vel mater transiens ad secundam vota succedit.
24. Coniux secundo nubens succedit pleno iure quoad proprietatem, & vnumfructum in bonis, quæ alius de peruererunt ad filium, quam ex substantia parentis mortis.

- 25 Procedit hoc reservatio bonorum quod proprietatem, tamen si filii heredes coniugi defuncti non fuerint.
- 26 Bona coniugis defuncti superstiti parta titulo oneroso ipsius sunt pleno iure.
- 27 Coniux succedit in bonis, qua filius a suo patre ex titulo oneroso habuit, non est obligatus referuare ea filio priori matrimonij.
- 28 Arreba referuanda non sunt filii prioris matrimonij, secus verò sponsalitia largitas.
- 29 Lucia acquisita constante matrimonio quoad medietatem non sunt referuanda.
- 30 Bona qua coniux superest acquirit ex defuncti matrimonio, lego, seu constitutio sic disponente referuanda sunt filii, iuxta probabilitatem sententiam.
- 41 Bona qua coniux superest acquirit ex pacto cum defuncto, initio, verius est referuanda non esse.
- 32 Quarta pars bonorum coniugi defuncti debita coniugi superstiti pauperi, referuanda est filii prioris matrimonij.
- 33 Ad bonorum reservationem necessario requiritur, ut filii prioris matrimonij superest.
- 34 Proponuntur sententiae. An si ex priori matrimonio super sint filii, cum coniuge ad secundas nuptias transit, ipsoque nulla relata prole ex viuente coniuge deceferint, obireat coniux plene dominum illorum bonorum, ac si nullos ex priori matrimonio filios haberet?
- 35 Resolutur parentem secundum coniugatum in ea proprietate succedere, consularique cum usufructu.
- 36 Solvuntur opposita fundamenta.
- 37 Fructus illorum bonorum, quo coniux transiens ad secundam vota percipere posset, & quorū proprietas filii prioris matrimonij reserveruntur, si tempore moris nondum percipi sunt, ad filios prioris matrimonij pertinent.

Coniuix ad secunda vota migrans tenetur seruare filii prioris matrimonij quidquid ab alio coniuge acceptum, quocunque titulo lucrative, sive donatione inter viuos, sive ex ultima voluntate referuato sibi rancum vissufructu dum vixerit: Habetur in leg. feminis in princ. & leg. hac editali. §. illud. Cod. de secundis nuptiis. leg. 2. Cod. de induita viduit, tollenda, leg. mater, Cod. ad Tertullian. Et Authent. de Nuptiis. §. si vero expetet, collat. 4. Et leg. regia 26. titul. 1. 3. part. 5. & tradunt ferē omnes Doctores. Quod adeo verum est, ut statim ac secundum matrimonium perficiatur nullā expectatā iudicis sententia à dominium, & proprietatis illorum bonorum iure sic disponente liberis prioris matrimonij adjudicetur, solūque vissufructus patri concedatur, ut constat ex dicta Authent. de Nuptiis. §. si vero collat. 4. Et ex d. leg. feminis. Et Authent. ex testamento. Authent. in donationibus, de secundis nuptiis. Et leg. generaliter initio, Cod. codem sit. Et notauit Sanch. dis. 89. num. 2. Gutier. cap. 109. n. 4. Ratio huius decisionis precipua est iniuria tum coniugi defuncto, tum liberis ipsius facta, ut colligitur ex Authent. de Nuptiis. §. si autem tueramur, & §. que vero, & §. soluto, & aliis.

Et licet Tactus in dicta leg. feminis in princ. loquatur de coniuge transeunte ad secundas nuptias post annum luctus, à fortiori est idem dicendum si transeat intra annum luctus, ut docuit Glossa ibi verbo statutum. & d. leg. generaliter eadem verbo. & ibi Bald. in princ. ante primum notabile. Sanch. d. dis. 89. num. 2. Gutier. cap. 109. num. 7. Quippe iniuria coniugi defuncto, & liberis irrogata grauior est.

2. Proceditque decisio non locum in matre transeunte ad secundas nuptias, sed etiam in patre secundum coniugium inveniente, ut colligatur ex Aut. de Nuptiis, collat. 4. §. si vero expetet, ibi: Et haec communis mulieris, & viri mulieris sit posita. Et leg. generaliter, Cod. de secundis nuptiis. Fator namque filiorum, qui ab hac respicitur aquae in patre, ac in matre procedit, ut multis allegatis docet Courattus. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 9. num. 7. Anton. Gomez in leg. 1. Tauri num. 4. Matien. lib. 1. recopilat. tit. 1. leg. 4. gloss. 3. num. 1. Azeudo ibi n. 29. Gutier. lib. 2. præl. quæst. 9. num. 3. & de marim. cap. 109. num. 8. & 2. Sanch. innumerous referens lib. 7. dis. 89. num. 10. explesque decimum est in leg. 1. Tauri, qua hodie est lex 4. sit. 1. lib. 3. non collect.

3. Rursus decisio procedit non solum in bonis à coniuge immediate acceptis, sed etiam mediatis. V.g. ex successione filij prioris matrimonij. Quia haec proprium lunt à coniuge acceptave colligitur ex Authent. de Nuptiis. §. hinc nos ver. si autem insestatu. Et ibi Glossa. Et pluribus comprobatur Sanch. dicta dis. 89. num. 18. Gutier. cap. 109. num. 2. quidquid in contrarium præteredit Facheirus lib. 3. contr. cap. 64. comparatione bonorum, quae ex successione filij habentur.

Referuare autem debet haec bona æqualiter inter filios prioris matrimonij dividenda. Nam licet iure antiquo Codicis in leg. general. in princ. Ex leg. feminis. Cod. de secundis nuptiis permisum est mari ad secundas nuptias transeunti bona à coniuge priore accepta inter filios prioris matrimonij diuidere, & in eis præferre quem ex illis vellet. At iure nouo Authen-

tiorum hæc elecio, & diuisio sublara est, ut constat ex Authent. lucrum. Cod. de secundis nuptiis. ibi: Lucrum hoc equaliter inter liberos distribuatur, non arbitrio parentis permititur. Idem habetur Authent. de Nuptiis. §. venient. collat. 4. Et Auth. de non eligendo secundo nubentes. §. prospexitus. collat. 1. Et licet Sarmiento, lib. 7. selec. cap. 11. num. 1. contendat dispositionem iuriis antiqui Codicis incorretam esse quod bona, quæ coniux ex successione filij accepserat, liquideantur. Et redit Anton. Gomez in leg. 14. Tauri. num. 2. & 3. Matien. lib. 1. recopil. tit. 1. leg. 3. gloss. 1. num. 4. 1. Azeudo in leg. 4. num. 5. Molin. t. 1. dis. 16. 3. notab. 3. Sanch. lib. 7. dis. 8. 9. num. 4. Gutier. lib. 1. præl. quæst. 43. num. 5. Et de marim. cap. 109. num. 9. & 10. censetur nullatenus coniugem posse in bonis qua filii prioris matrimonij referuantur diuisionem, aut prælationem facere, eo quod hæc diuisio, & prælatio ex natura rei fieri nequit ab eo, qui in illis bonis dominium non habet, solumque ex permissione legis id prætare potest. At lex antiqua Codicis non permettebat explesè hanc diuisionem, & prælationem in bonis à coniuge mediatis habitis, sed solum in bonis, quæ a coniuge immediate prouenerentur. Leges vero Authentiorum omnem hanc diuisionem, & prælationem iure Codicis permisam sustulerunt. Ergo censenda est sublata potestas diuidendi, & præferendi tam in bonis immediate à coniuge habitis, quam mediatis.

Neque hoc correctum viro modo est per legem regiam, 19. Tauri, hodie lex 3. titul. 6. lib. 5. collect. quæ statuit, ut possint parentes meliorare filium quæ maluit in testa, & quantum suorum honorum patre, ibi: [Puedan señalar en cierta cosa o parte de su hacienda el tercio, quinto de mejoras:] quia hæc lex loquitur de bonis, quæ parentis propria sunt, non de bonis, quæ sunt filiorum propria, & tantum vissufructus parenti competit, ut recte notauit Sanch. dis. 89. num. 3. Gutier. cap. 109. num. 10.

Ex his deducitur quid sentiendum sit, si coniux præfensus præviu filium in tercio bonorum suorum parte, & quantum reliquit coniugi superstite iure legati, qui postmodum ad secundas nuptias transit, an ille prælaus in tercia parte bonorum succedere debat in proprietate illius quinti æqualiter cum suis fratribus, iuxta dispositionem dicta Authent. lucrum. Cod. de secundis nuptiis, quæ decidit æqualiter inter filios prædictum lucrum esse distribuendum non arbitrio parentis, ut potius ille filius in tercio illius quinti meliorandus sit.

Sanch. dicta dis. 89. num. 5. censent meliorandum, & residuum inter plures, & alios fratres æqualiter diuidendum, certaque duos Caſidicos Prætorij Granatenſis à se confatis sic affirmasse. Dicitur cetera ratione, quia Authentica sunt interpretari in libro Codicis à quadam priuato Authore, ideoque vim legis obtinere nequeunt, nisi quatuor cum originario concordant. At Authent. lucrum, male translatum est ex originali quoq; est Authent. de Nuptiis. §. venient. collat. 4. siquidem omnia sunt verba, id est que secundum portionem vnuquisque hoc lucretur. Ergo filius ille succellitus est in illo quanto secundum portionem, secundum quam patrī defuncto succedit, qui succedit in illius bonis, arque adeo à testa prærendit est.

Verum est hic modus dicendi probabilis sit, veriorum existimo qui affirmat filium illum æqualiter cum aliis fratibus in illo quinto successurum, quod ipsem Sanch. generaliter probavit aduersus Sarmiento dicta dis. 89. n. 3. & 4. Et docet explesè Gutier. cap. 109. n. 12. & legg. Et subfobulem Ripa in leg. feminis. in princ. in noua edit. q. 2. 5. num. 67. Cod. de secundis nuptiis. Mouere: quia filius ille est fuit a parte prælaus in tercia suorum bonorum parte, non tamen fuit prælaus in illo quinto, cum integrum coniugi superstite reliquerit, neque aliquid dispositus de distributione illius quinti casu, quo coniux secundum matrimonium inire. Ergo reliqui iuri communis distributioni, quæ statuit æqualiter inter filios distribuendum esse. Secundum: Authentica est inscripta huius in libro Codicis à quadam priuato Authore (quod non credimus) vim tamen legis obiungit, prout ibi inscripta sunt, quia sic sunt à tempore immemoriali approbatæ, & secundum carum tenorem caula in tribunalibus deciduntur; ac proinde est mala translata esse ex originali, secundum illius translationem interpretatio facienda est. Tertiū: quia dictum Authent. originalium de Nuptiis. §. venient, nullatenus hanc inæqualitatem, & prælationem probat, sed potius contrarium, cum manifeste dicatur æquo, id est qualiter bona illa inter liberos esse diuidenda, quia omnes æquæ secundum nuptias offenduntur. Cum vero inquit. Vnuquisque secundum portionem suam lucretur, non intelligit de portione prælationis, de qua nulla mentione facta est, sed de portione legitima, in qua omnes filii æqualiter patri succidunt.

9 Secun-

9 Secundo deducitur coniugem ad secundas nuptias transseunt non posse proprietatem honorum, que ab alio coniuge accepit alienare, obligare, aut de ea alio modo disponere; quia non proprietas, sed viusfructus tantum ei competit, ut decimul est in leg. feminina & leg. generaliter in princ. Cod. de secundis nuptiis. Et Authent. de nuptiis. §. sed quod sancitum est, collat. 4. & traditum omnes. Ideoque tenetur maxime mater illorum bonorum inuestigatum facere, & satisfacere de illorum restituitione filii facienda cum astimatione damni, vel deterioracionis iuxta leg. Hac editio nali §. is illud. & §. mobilium. Cod. de secundis nuptiis. Et ibi Glossa communiter recepta. Quod intelligentem est, si bona sunt mobilia, nam si immobilia sunt & mater sit soluendo non videtur obligata praedicantem causam praestare, quia haec difficulter alienantur, & quia omnia sua bona sunt tacite hypothecata pro horum bonorum solutione, iuxta leg. si quis prioris. §. finalis. Cod. de secundis nuptiis. Et traditum Anton. Gomez in leg. 1. Taurinum. §. Azuedo in leg. 4. num. 50. & 53. tit. 1. lib. 5. noua collect. Gutierrez. cap. 109. num. 16.

10 Quod si de facto coniux praedicta bona alienauerit, placet Baldus in leg. generaliter. §. in his. Cod. de secundis nuptiis statim coniugem amittere viusfructum, & cum proprietate consolidari, post lege filios ea quibuscumque possessoribus vindicare, argum. Textus in leg. sc. viusfructus ff. de iure dotorum. & §. iustitia, infit. de viusfructu. Sed rectius contrarium censuit Anton. Gomez in dicta leg. 1. Taurinum. §. Sanch. d. disp. 8. num. 7. Gutierrez. cap. 109. num. 14. eo quod illa bona non sine filii adjudicanda, nisi post mortem coniugis viusfructuarum, iuxta Authent. de non eligendo secundis nubentes. §. hoc auem. collat. 4. At contingere potest, ut filii prius quam mater decedant, quo calu nihil ad eos pertinet. Nequeunt ergo vivente matre ea bona vindicare. Quod secundus est in aliis viusfructuarum, quorum bonorum dominium irreuocabiliter alteri competit, qui si à fructuarum alienentur indebet, dominus ea vindicare potest. At filii non sunt sumiter domini illorum bonorum, siquidem decedentes ante matrem, neque ipso neque eorum haeredes aliquid acquirunt, ac prouide ante mortem matris ea vindicante nequeunt, ut colligitur ex Authent. de Nuptiis. §. sed quod sancitum est. Et ibi Glossa.

11 Post mortem vero coniugis poterunt filii ea petere, & vindicare a possessoribus, quod non solum verum existimo de iis bonis, que post transitum ad secundas nuptias alienata sunt, sed etiam que ante alienata fuerunt. Nam licet ea alienatio facta sit tempore coniugio, at facta est sub eo onere à secundis nuptiis abstinenti. Quà conditione non scrutat reuocabilis est alienatio à filiis post mortem matris, ut pote in eorum praedictum facta, sicut tradit ex communis sententia Anton. Gomez in dicta leg. 1. Taurinum. §. Gutierrez. d. cap. 109. num. 1. probatur expressus Textus in §. hoc autem. Authent. de non eligendo secundis nubentes. collat. 1.

12 Quod si parentes ea bona non alienauit, sed consumpsit, tenetur haeredes ex illius bonis filii satisfacere, ut deciditur in leg. feminina. Et leg. generaliter Cod. de secundis nuptiis, nam cum solum viusfructum in illis bonis habeat, neque ea consumere. Quod si voluntarie consumit obligatus illorum astimationem filii tradere. Secundus est, si abique eius culpa bona illa consumetur; qui tunc filii ut pote dominis petent, iuxta leg. generaliter Cod. si certum per usum. Acque ita tradit Baldus in dicta leg. generaliter num. 2. Nicolaus Arclatensis. ibi. num. 11. Ripa in dicta leg. feminina in fine. Sanch. lib. 7. disp. 8. num. 8. Gutierrez. cap. 109. num. 17.

13 Iuxta quam doctrinam inferit Gutierrez. à num. 18. & seqq. obligatos esse haeredes mariti restituere vxori bona in dorem accepta, & astimata; si culpa mariti perierunt. Secundus verbo si ipsi probauerint absque illius culpâ consumpta esse. Quod intelligentem est de bonis in specie consistentibus, sicutus verbo de bonis, que constiutunt in pondera, numero, & mensura; haec enim erant in astimatione tenentur haeredes mariti vxori reddere iuxta valorem, & astimationem tempore dissoluti matrimonii contingentem, quia ea accipit marius quasi in mutuum sub obligatione distrahendi, vendendi, & consumendi. Quippe marius constituitur custos, & procurator vxoris, & ipsius rerum dotalium. Vide Anton. Gom. l. 1. Tauri. à num. 42.

14 Ut verbo huic reservationi bonorum locus sit, quadruplex conditio requieta est ex communis sententia teste Sanch. disp. 8. n. 9. & Gutierrez. c. 109. n. 24. Prima, ut coniux ad secundas nuptias transeat. Secunda, ut bona sint acquista ex coniugis praedicti patrimonio. Tertia, ut sint acquisita titulo lucrativo. Quartava superius filii prioris matrimonij

15 Circa primam conditionem, quæ est ut coniux ad secundas nuptias transeat, dubitatur primo, quid nomine coniugis intelligatur? Et certum est intelligi nos solum matrem, sed patrem, ut superius diximus. An autem intelligentia sui, & proauar comparatione nepotum, aliquantumque descendantium? Negat Molin. t. 1. tract. 2. disp. 163. notab. 3. eo quod leges statuentes hanc bonorum reservationem frequenter nomine filiorum vnuant, ut in leg. feminina in princ. Cod. de secundis

nuptiis. Et Authent. de nuptiis. §. quoad infirmos, ibi: filii, quibus solum haec servasintur: vbi nota da est dictio solum, quæ nepones excludit. leg. iubemus. §. fin. Cod. ad Trebellianum. Et licet hereditas magis debita sit parentibus, quam alii ascendentibus. Authent. defunctio. & Cod. ad Trebellianum. hoc solum probat aios, & proauos priuandos hereditate esse ob secundum coniugium, siquidem parentes priuantes, non tamen de facto priuatos esse, cum leges correlative, & finales ex similitudine rationis extendi non debent ultra casum expressum. Ceterum communissima sententia est, & omnino sequenda, aios, & proauos sicut & parentes priuari quoad proprietatem bonis ab aua, & proauita accepisti, sicuti prout parentes ob secundum matrimonium contractum, reuerantur nepotibus, aliique descendenteribus, sicuti docuit Glossa in leg. generaliter in princ. Cod. de secundis nuptiis. Menoch. conel 155. num. 21. volum. 2. Gregor. Lopez in leg. 2.6. verbo finali. tit. 1. 3. part. 5. Marien. lib. 5. recopil. tit. 1. leg. 3. Gloss. 3. in fine. Gutierrez. de matre cap. 1. 09. num. 17. Sanch. plures referens lib. 7. disp. 8. num. 12. Ratio est, quia esto in predictis legibus pomen filiorum expressum sit, id factum est ratione frequentioris vius, & quia de patre sermo habebatur; præterquam quod in leg. feminina in fine principi nomine liberorum virutur, sicut & Aut h. lucrum Cod. de secundis nuptiis. At appellacione liberorum nepotess, reliquaque descendenteribus veniunt, ut dicitur in leg. liberorum. 220. ff. de verb. significati. Deinde in leg. in quibus Cod. de secundis nuptiis. Et leg. si quis prioris, Cod. eodem it. expelsus habetur non solum filii, sed nepotibus, & pronepotibus haec bona reservatur.

Hoc autem, ut recte notarunt Sanch. & Gutierrez. supra, intelligentem est de bonis, quæ aua ab aua, vel è contraria accepit, vel ab nepotis prius peruererint. Secundus est de bonis aliunde quam ab aua, vel aua suscepitis, quæque pater vel mater reliquerit filii suis. In his namque esto aua, vel aua succedit, non obligatur ea nepotibus reservare transiens ad secunda vota. Quia haec nec mediae sunt bona coniugis praedicti.

Secundus dubitatur, quale debeat esse matrimonium tam primum, quam secundum, ut locus sit praedicta bonorum reservationi? Et in primis certum est prius matrimonium debere esse consummatum, nam cum haec reservatio in siliorum fauorem statuta sit, cessante matrimonij consummatione, non adsumit filii, quibus fauor praefari possit, quibusque irrogatur iniuria matrimonio secundo contracto, vñ docuit Sanch. lib. 7. disp. 8. 7. num. 19. Gutierrez. cap. 109. num. 28. in fine. Si autem hoc primum matrimonium consummatum sit, at constat fuisse irritum, distinguendum est, si viriisque coniugis malitia contigit irritatio, quo casu filii illegitimí sunt, nullatenus secundo matrimonio predicta reservatio contrahitur. At si ex parte alterius coniugis bona si les adsumit, queque sufficiet, ut filii legitimi naescantur, docet Ripa Rub. Cod. de secundis nuptiis. num. 13. Sanch. disp. 8. num. 13. locum esse huius reservationis, quia his filiis ut pote legitimi irrogatur iniuria nouis nuptiis. Quod mihi difficile est. Nam cum haec reservatio penalitatis, & impunita ob secundas nuptias, & haec vere, & propriè secundus non sicut, sed prima, siquidem priores irratae sunt, non videtur dicta reservatio ad has nuptias extendi, neque filii propriè dehonestantur ex eo quod eorum patens nouas nuptias contahat, cum tamen priores vera non fuerint. Si enim Sanch. dicto num. 13. censet excusari ab hac reservatione, si secundum coniugium irritum sit, quia vere non est coniugium; cur non excusat, quod prius matrimonium irritum fuerit.

Pofito autem priori matrimonio legitimò & consummato, verius existimo secundum matrimonium & legitimum, & consummatum esse debere, ut docet Sanch. d. disp. 8. 9. num. 13. Gutierrez. cap. 109. num. 28. Debere esse legitimum constat, quia alias non est secundum. Quid verbo debeat esse consummatum probo, quia Textus hanc reservationem indicentes vñntur nomine nuptiarum, ad quas coniux superiles transire debet. At nomine nuptiarum matrimonium consummatum intelligentur, maxime in legibus correctoribus, & penalibus, qualis haec est. Præterea quia nec viro, nec filii prioris matrimonij plenè & perficie irrogatur iniuria secundo matrimonio abesse confirmatione.

Circa secundam conditionem, quæ est, ut bona sint à coniuge praedefuncto accepta, varia movere quæstiones Sanch. d. lib. 7. disp. 8. 9. num. 14. quem sequitur Gutierrez. d. cap. 109. num. 29. Prima, An sub praedictis bonis reservandis continetur legatum, quod ex quinto bonorum, vel iuxta consuetudinem loci coniux superiles à coniuge praedefuncto accepta? Ratio dubitandi est, quia hoc legatum accepit coniux à coniuge praedefuncto, tanquam ab extraneo, siquidem extraneo concedi poterat; id est namque si filius prioris matrimonij legat aliquid patrui, vel matri, non tenetur pater, vel mater transiens ad secundas nuptias hoc legatum filius reservare, quia accepit à filio tanquam ab extraneo, ut expressè deciditur in Authent. ex testamento. Cod. de secundis nuptiis. Ergo idem erit in legato à coniuge accepto. Sed opposunt

omino tenendum est in filiorum fauorem ex expresso Tex-
tu in leg. feminina in princ. Cod. de secundis nuptiis ibi: testamento
iure directo, aut fidei commissi, aut legati titulo, quia haec omnia
habentur titulo lucrativo, neque corrigitur haec lex per Auth-
tent, ex testamento, sed ob fauorem filiorum, & satisfa-
ctionem iuriis illis illatæ redditur cōsilia deterioris condicio-
nis, quām quilibet aliis extraneus, vt docuerunt Oldrad.
conf. 33. num. 3. Ripa in dict. leg. Feminina in princ. ea noua edit.
q. 19. num. 51. Boëtius de cœl. 18. num. 7. Palacios Rubios, l. 14.
Tauri. num. 22. Eccl. Castillo n. 8. Zifuentes leg. 15. Tauri. n. 2.
Et ibi Antron. Gomez. n. 2. Matieno lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloss. 2.
num. 1. Azeudo leg. 4. num. 21. & 29. Molina lib. 2. de His-
panor. primogen. cap. 10. num. 6. Molina lefuita, tom. 2. tract. 2.
dis. 4. 1. vers. dubium est. Sanch. lib. 7. dis. 89. num. 14. Gutier.
cap. 109. num. 29.

18 Secunda questio. An haec reservatio comprehendat bona,
qua ex substitutione pupillari patris per mortem filii conse-
cuta mater est? Si enim substitutione illa pupillaris censeatur
testamentum patris iurare referatu, vt est necessarium. Si
vero censeatur testamentum filii cestas referatu ex Auth.
ex testamento. Cod. de secundis nuptiis. Quod si censeatur utrius-
que patris, & filii, patris quoad ordinacionem: filii quoad
successionem grauior est dubitatio. In qua Bald. conf. 2. quod
incipit Ad evidentiam. n. 3. & latius conf. 216. incipiens casus
talis est: censet non teneri matrem ad secundas nuptias tran-
seuentem ea bona filiis reserata, quia cito ex ordinatione
testamentaria sui coniugis accepit, accepit tamen ex filii
successione testamentaria iuxta leg. Papinianus. s. sed neque
impuberis de inofficio testam. Ergo potest mater ea sibi re-
seruate, nam in casu dubio pena reservationis extendenda
non est. Contentus Boëtius dec. 18. num. 2. Anton. Gab. 1. 3.
commun. opin. lib. 3. rit. de secundis nuptiis. concl. 3. num. 24. Sed
rectius Garron. authenti. ex testamento a num. 1. 5. & que ad 18.
Cod. de secundis nuptiis. Acoita in cap. si pater. 2. p. verbo cen-
sendum. num. 19. de Testament. in 6. Sanch. lib. 7. dis. 89. num.
15. Gutier. cap. 109. num. 30. censent bona, quæ mater haberet
ex substitutione pupillari patris filio facta referenda esse
aliis filiis prioris matrimonij. Quia ea bona non ex legato-
ne, & liberalitate filii accepit, liquidem filius ea matri au-
ferre, aut grauata non poterat, sicuti potest quæ ex suo testa-
mento & liberalitate reliquit. Sed ea mater haberet ex liberali-
tate testamentaria sui coniugis, & quippe poterat coniux præ-
defunctus coniugem à substitutione excludere, & alteri ex-
traneo concedere. Sed quæ coniux superest ex liberalitate
sui coniugis, & ex illius bonis accepit, tenetur filii prioris
matrimonij referuare. Ergo tenetur referuare bona ex hac
substitutione pupillari accepta.

19 Hac autem bona, quæ filii ex testamento patris referuanda
sunt debent esse bona ex substantia patris procedentia. Si
enim aliunde hot, eo quod aliud tertius patri commisit, poterit
testamentum restandi, seu de suis bonis disponendi, & viens hac
facilitate ea bona suo coniugi reliquit, vel abfoluebat, vel per
substitutionem pupillarem, nequaquam haec filii prioris mat-
rimonij referuanda sunt: quia haec non à coniuge conferuntur
quoad veram dominij translationem, scilicet solum quoad
electionem, & executionem, cum ipse illorum dominus non
fuerit, sed ab eo qui potestatem coniugi concessit. Argum. leg.
vnus ex familia. si falcidia ff. de legat. 2. sicuti notauit Sanch.
d. dis. 89. num. 16. Gutier. cap. 109. num. 30.

20 Tertia questio: An bona concessa coniugi superstiti
contemplatione coniugis prædefuncti tenetur transiens ad se-
cunda vota filii prioris matrimonij referuare? Supponimus
ita concessa esse coniugi superstiti, vt esto contemplatione
coniugis prædefuncti fuerint concessa, verè illorum dominus fiat.
In hac questione affirmatiuam partem nempe referuan-
da esse bona tuncit Anton. Gomez in leg. 14. Tauri. num.
7. Valac. conf. 16. n. 2. volum. 1. Molin. 2. de inst. tract. 2. dis.
4. 3. 1. vers. dubium est. Moneantur quia mortaliter loquendo
censa fuit ea bona à coniuge prædefuncto procedere, siquidem
ob illius causam coniugi superstiti donata sumptuaria non
donanda. Sed rectius contrarium censuit Roman. conf. 40. 5. à
num. 1. Decius in cap. Ecclesia de constitution. num. 12. 5. Castillo
leg. 15. Tauri num. 2. vers. de primus virius, Azeudo in leg. 4.
num. 4. 2. rit. 1. lib. 5. noua collect. Villalobos in suo arario com-
mun. opin. lib. B. num. 38. Sanch. alios allegant. dis. 89. num. 17.
Gutier. cap. 109. num. 31. Duxor, quia lex priuans coniugem
ob secundas nuptias proprietate bonorum acquisitorum, &
filii prioris matrimonij referuans eis penalis, vñ tradunt
omnes, & constat ex Authent. de nuptiis. q. si vero exparet. ibi,
& hac communis iudicior. & viri multa sit. Sed haec loquitur
de bonis, que coniux ab aliis coniuge accepit, vt probat mani-
festè lex feminina in princ. Cod. de secundis nuptiis, ibi: ex fa-
cilitatibus priorum maritorum: & paulo inferius ex bonis pri-
orum maritorum. Ergo non debet extendi ad bona, que non ex
facilitatibus mariti, sed ex alterius facultatibus contemplatione
mariti coniugi donata sunt. Nam esto censeatur fictio-
ne iuriis à marito donata, non tamen vero, & propriæ. Non igitur
lex penalis ad ea bona extendi debet.

Quarta questio. An coniux qua succedit filiæ in dote ab
viro quo coniuge donata referuare, tam ceneatur filiis
prioris matrimonij transiens ad secunda vota? Affirmant esti
dubius Azeu. in leg. 4. n. 57. rit. 1. lib. 5. noua collect. eo quod in
illa dote, quæ filiæ patrimonium est nequeat dilinguit pars,
quæ ab ipsa coniuge superfite processit. Sed rectius Sanch. d.
dis. 89. num. 20. censet solam dimidiam patrem illius doris
referuandam esse, si ab viro quo coniuge quædos constitua-
fuit, sin minus referuandam esse solam eam patrem, quæ a
coniuge processit. Non tamen relevanior quæ a coniuge superfite processit.
Non enim coniux superest sua propria bona filii prioris
matrimonij referuare debet, ac proinde ne tenetur referuare vñ fructum, quem in bonis coniugis prædefuncti ha-
bet, vt notauit Sanch. d. dis. 89. num. 21. Gutier. cap. 109. n. 15.
Neque item quæ propriæ industria, & labore acquisiuit, vñ
tenetur omnes.

Quinta questio. Quidam filius aliis suis fratribus legit:
man patris reliquit, vñus ex his fratribus decessit, ob cu us
obirent mater hæres fui non solum legitime illius filii, sed
etiam illius patris, quam ex suo patre accepérat, referuandæ
est haec pars alii filii, si ad secundas nuptias transeat. Affirmant
Azeudo in leg. 4. num. 50. rit. 1. lib. 5. recipiat. mox ex do-
rina Baldi in Authent. ex testamento. num. 1. Cod. de secundis
nuptiis, afferunt bonorum originem spectandæ esse. Hæc
autem bona à patre processerunt, ergo ea filii prioris mat-
rimonij referuanda sunt. Sed rectius Petr. Barbo in leg. post do-
tem. num. 6. in fine s. solute matrimonio, referens decimum esti-
Sanch. d. dis. 89. num. 22. Gutier. cap. 109. num. 32. censem
predictam partem fratis præmortui in qua alius frater fu-
cessit, non est filii prioris matrimonij referuandam. Quia
ello à patre processerit, non tamen processus immediate, sed
mediatè scilicet medio fratre. At vt rectè tradit. Salicet in
Authent. ex testamento paulo post princ. vero verbo perver-
sum. Cod. de secundis nuptiis, coniux transiens ad secunda vota
ca sola bona referuare tenetur filii prioris matrimonij,
quæ ab altero coniuge immediate accepit, vel mediæ loc-
cessione filii in bonis paternis. Secus vero quæ accepere me-
diæ loccessione filii in bonis fratribus, quia haec non sunt cen-
sanda bona parentis, sed fratribus, vñ originem duxerunt.

Sexta questio est de bonis, quæ peruerentur ad filium ex
substantia aut aliorumque ascendentium, præter patrem, &
maritem, An si pater, vel mater transiens ad secundas nuptias in
his bonis filio succedit, teneatur ea alii suis filii prioris mat-
rimonij referuare? Affirmant Matieno lib. 5. recipiat. 1. leg.
gloss. 2. num. 5. Et Molin. 1. 1. de inst. tract. 2. dis. 16. mat. 1.
Quia ea bona videatur ex substantia paterna prouenire. Sed
contrarium tenendum est cum Bartholao in Authent. ex testa-
mento. n. 2. Cod. de secundis nuptiis. Greg Lopez in leg. 4. 6. n. 11.
p. 5. verbo finem. Anton. Gomez. l. 1. Tauri. n. 2. Azeudo leg. 4.
num. 43. rit. 1. & leg. 6. iii. 9. lib. 5. noua collect. Ant. Gabi. 1. 30.
commun. opin. lib. 3. rit. de secundis nuptiis. concl. 3. num. 16. Sanch.
alios relatis. dis. 89. num. 23. Gutier. de matr. cap. 109. num. 13.
Nam Texus hanc refutationem indicentes exprefit lo-
quuntur de bonis, quæ ex substantia coniugis præmortui
peruerentur ad filium, & in quibus superest coniux ex lega
succedit. At cùm haec dispositio (vñ sapè dictum est) pos-
sunt non debet ex uno casu ad alium extendi; maximè cum
sub nomine substantiae paternæ non veniar intelligenda fib-
stantia, quæ ab auct. & proaco processit. Item per transum
ad secundas nuptias solus coniux præmortuus propriæ offe-
ditur, etiæq; filii, non autem auct. & proaco. Ergo substantia
aut, & proaco, aliorumque ascendentum non debet in hac
refutatione comprehendi. Quod procedit, tamen si contemplatione
patris hæc bona filio ab aucto reliqua fuit, vt notauit
Azeudo d. 4. num. 43. Sanch. num. 23. in fine. Gutier. nu-
mero 4.

Ex his à fortiori infertur coningem secundo nubentem
succedere pleno iure quoad proprietatem, & vñfructum in
bonis, quæ aliunde peruerentur ad filium, quæ ex substantia
parentis præmortui, nempe quæ ad ipsum ex persona ex-
tranea peruerentur, vel ipse filius sua acquisiuit industria, vñ
habetur in leg. mater. 5. Cod. ad Tertullian. Et in Authent. de
nuptiis. 5. hinc nos alia. vers. sed quarta. collat. 4. Et licet genit
controversia inter Doctores sit, an hoc procedat, si coniux
post mortem filii secundas contraxerit nuptias verior, &
recepitur est sententia, quæ alii allegant docet Sanch. dis.
89. num. 24. Gutier. cap. 109. num. 33. procedere sine coniux
post mortem filii, sive ante concraterit nuptias, vt videtur
expresi dictum. Aut hinc de nuptiis. 5. hinc nos vers. sed quan-
ta, ibi: Et quanta quidem quis ex paterna substantia ad filium
peruerentur, corum solummodo habet vñfructum ad secundas omnino
sue prius, sive postea, venientis nuptias, in residuâ vero omnibus
rebus, quæ aliunde erant filii propter paternam successione veniat
secundum vocationem nostram. Ecce qualiter coniux transiens
ad secundas nuptias sive ante, sive post mortem filii pleno
iure succedit in his omnibus, quæ filius habuit aliunde quam
ex paterna substantia.

Moneat

Disputatio IV.

Punct. XII. §. IV.

153

⁵ Monent recte Sanch. d. disp. 8. num. 2. & Gutier. d. cap. 109. num. 36. hanc reservationem bonorum quoad proprietatem, quam coniux transiens ad secundam vota tenetur facere filii prioris matrimonij procedere, tametsi filii heredes coniugis defuncti non fuerint, eo quod hereditati paterna renunciaverint, nisi forte ob ingratisudinem à successione repellatur. Deciditur expressè Authent. heres. Cod. de secundis nuptiis ibi: *Heredes lucro cedunt liberis, licet heredes non sint parisi, aut matris, aut viri, nisi fuerint ingratia, & probetur ingratisudine. Quippe ob renunciationem solum præsumuntur cedere successioni iure sanguinis illis competenti, non autem hereditati, qua ob iniuriam illis factam à lege conceditur. Excepte nisi renunciations tempore iam ea bona coniugi superstiti peruenient, nam eo casu censenda est reservationem extendi ad praedictum lucrum, vt ex Decio cap. 20.6. volum. 2. & Rab. Cod. de secundis nuptiis num. 7. Ripa leg. feminina in princ. quest. 9. num. 1. tradit Sanch. d. num. 25. & Gutier. num. 36. Dixi, nisi ob ingratisudinem à successione repellantur quia ingratia velut mortui reputantur, quoniam in sifnos, verboque tamen insit de Nuptiis. & si mortui essent filii, nulla esset illis referentia, sic nulla est ingratis. Idem probat Sanch. & Gutier. de filiis successionei incapacibus, vi sunt profecti in ordine Minorum, & Societatis Iesu, quibus nihil est referendum.*

⁶ Circa tertiam conditionem, qua est, ut bona coniugis defuncti superstiti parta sint titulo lucrativo. Nam si titulo onerario parta fuerint, & sicutius plenè coniugis quoad proprietatem, & solum fructum, vt colligunt ex leg. feminina in princ. Cod. de secundis nuptiis ibi, *Donationibus factis, vel cuiuslibet maneficiis liberalitatis premio: & ex Authent. hoc lucrum. Cod. admodum, vbi bona referuanda filiis ob secundas nuptias appellatur lucrum. Quo nomine sola aquifita titulo lucrativo digna sunt, vt ex omnibus sententia tradit Sanch. disp. 89. num. 26. Gutier. cap. 109. num. 37. Et plures referens Azeuedo leg. 4. num. 47. tit. 1. lib. 2. mons collecti.*

⁷ Ex his primo deducitur coniugem succedentem in aliquibus bonis, que filius ex titulo onerario habuit à suo patre non esse obligatum nouas nuptias contrahentem reteruare filii prioris matrimonij, quia haec non habet coniux à coniuge prædefuncta ex munificia liberalitate, sed ex filii contratu, vt notauit Garron. in Authent. ex testamento in edit. sua num. 29. Cod. de secundis nuptiis. Sanch. disp. 89. num. 28. Gutier. cap. 109. num. 40.

⁸ Secundum deducitur quid sentiendum sit de archis, & sponsalitia largitare? Fator communem esse sententiam predicta relevanda esse filius prioris matrimonij, vt constat ex pluribus, quos referit, & sequitur Sanch. lib. 6. disp. 4. num. 3. Gutier. cap. 109. n. 38. At tertiorum, & probabiliorem existimo sententiam alferentem archis pleno iure coniugis esse, nec relevandi debet filius prioris matrimonij; quia non conceduntur titulo lucrativo, sed remuneratio ad compensandam inquam nobilitatem pudicitiam, alijs dotes sponsa, id est que solent inflari contractus deduci in pactuali, neque alter uxori vel parentes ad matrimonium conuenire volunt. Secus vero est de sponsalitia largitare, que in signum amoris conceditur, & de qua loquitur Textus in leg. feminina Cod. de secundis nuptiis ibi. *Quia quid defacilitatibus priorum marituum possit iure, quidquid etiam nuptiarum solemnitate percipit. Quia omnia latius probauit disputat. 1. punct. 12. §. 8.*

⁹ Tertius deducitur quid sit sentiendum de iure acquisitis constante matrimonio? Et breuiter respondeo medietatem illorum lucrorum, quae coniugi dissoluto matrimonio competit, ita illius esse propriam, vt elto ad secundas nuptias transeat, non obligatus filius prioris matrimonij relevare, quia confitetur propria industria acquisita. Nam esto fuerit acquisita industria alterius coniugis, ob vitam individualem, quam profiterentur, viuis labor alteri communis est, sicut docent Ripa in leg. feminina in princ. q. 22. num. 59. Cod. de secundis nuptiis. Conarrui. 4. decret. 2. p. cap. 3. & 9. num. 8. Anton. Gomez. leg. 1. Tauri num. 1. & Tello num. unico Castillo n. 2. Azeuedo leg. 6. num. 1. & ibi Matien. gloss. 2. num. 2. tit. 9. lib. 1. collit. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 89. num. 29. Gutier. lib. 2. pract. 9. 5. num. 21. & de matr. cap. 109. n. 40. aduersus Zifuentes lib. 14. Tauri. n. 1. Et Menchaca de successi creat. lib. 1. §. 1. num. 1. in fine.

¹⁰ Quartò infertur quid sit sentiendum de bonis, que coniux superest acquirit ex defuncti patrimonio statuo, lege, seu confitendum sic disponente? Grauissimi Doctores sequuntur Bald. in leg. fin. Cod. de bonis quae liberis in fine censem hæc bona referuanda non esse, sic Menoch. alius relatis, conf. 1. 15. numero 12. volum. 2. Castillo leg. 1. Tauri numero 2. & ibi Anton. Gomez. numero 3. Gomez Arias leg. 12. Tauri. numero 16. & 17. Segura de bonis lucratis constante matrimonio numero 86. Gregor Lopez in leg. 26. verbo las arbas. titul. 1. part. f. Et inclinat Ioann. Lupus. leg. 14. Tauri n. 7. Dicuntur quia haec bona non acquirit coniux ex munifica liberalitate mariti, siquidem ipso in iure acquiruntur, sed ex necessitate.

per legem inducta ob matrimonij contractum. At leges indicantes reservationem loquantur de acquisitis à marito titulo liberali: ergo &c. Nihilominus eti predicta sententia satis probabilis sit, probabiliorem existimo, quia auctor predicta bona filii referuanda esse, quam docuit Bald. sibi contrarius Authent. ex testamento, num. 6. Cod. de secundo nuptiis. Bartol. in leg. vn. num. 2. ver. item possumus. Cod. de officiis. dotiv. Cozarruu. 4. decret. 2. p. cap. 3. & 9. num. 7. Matieu 2. lib. 5. recopil. titul. 9. leg. 6. gloss. 2. num. 3. Azeuedo in leg. 3. num. 2. & leg. 4. num. 27. tit. 1. lib. 5. recipiat. Ioann. Garcia de coniugali acquies. num. 8. & de expensis. cap. 1. 3. num. 16. Sanch. alius relatis lib. 7. disp. 89. num. 30. Gutier. lib. 2. pract. q. 9. 5. n. 20. & de matr. cap. 109. num. 42.

Quinto infertur decisio illius questionis, si vterque coniux pacientur, qui primi dececerit, alteri relinquat quantum bonorum patrem, an hac pars coniugi superstiti adjudicata referuari debeat filii prioris matrimonij? Affirmat Boëius decisi. 28. num. 7. & 8. Guilelm. Beneditus cap. Raynitius de testamento, verbo xxviii. decisi. 4. vbi de successione ab insestato. num. 87. & verbo qui cum alia. num. 105. Garron. Authent. ex testamento. num. 6. in noua edit. & Ioann. Garcia de coniugali acquies. num. 8. & de expensis. 1. 3. n. 16. Dicuntur, quia esto sunt acquisita ex contractu, contractus ille non tollit liberalitatem, & munificiam, cum nihil ex parte coniugis superstiti, datum fuerit defuncto in compensationem, & seu commutationem lucri acquisiti. Sed rectius contrarium centurie Ripa, dicta leg. feminina quest. 17. num. 39. Cod. de secundis nuptiis. & quamvis dubius Ioann. Lupus. leg. 14. Tauri. numero 7. Sanch. disp. 89. num. 2. Gutier. cap. 109. num. 43. eo quod hoc lucrum competit coniugi superstiti ex contractu onerario, quippe obligatus erat tantundem coniugi defuncto concedere, si forte prius quam ipse dececerit. Non igitur ex liberalitate, & munificia coniugis prædefuncti habet, cum in eius commutationem, & obligationem subierit, defuncto que tradiderit tantundem illi concedendi, si antequam ipse præmorceretur.

Ad extremum huius conditionis aduerit optimè Sanch. lib. 7. disp. 89. num. 3. & Gutier. capite 109. numero 43. quartam partem bonorum coniugis defuncti debitam coniugi superstiti pauperi, iuxta dispositionem Textus in Authent. præterea, Cod. vnde vir. & vxor. & lege regia 7. tit. 1. part. 6. referuandam esse filiis prioris matrimonij in omni cunctu, sive coniux superstiti transeat ad secundas nuptias, sive non; quia sic cauter in dicta Authent. ob filiorum fauorem. Hac enim ratione, & paupertati coniugis & filiorum commodo lex consulit. Et quamvis in dicta leg. regia 7. hoc omisum sit, non inde inferri debet decisio Anthon. correcclam esse, vt recte notauit Gutier. numero 43. Hæc quarta, vt placet Gregor. Lopez in dicta leg. 7. verbo sius extrahenda est non de quinta parte, de qua potest quilibet di ponere, sed de cumulo hereditatis. Neque obest, quod filii grauentur in legitima, quia non grauuntur ex libera voluntate parentis, sed ex legis dispositione, vt manifestè constat, cum filii ab intellecto iuccident parenti, quo casu coniux pauper hanc quartam petere potest. At autem debetur coniugi pauperi, si patrem diuitem habeat? varians Doctores, vt videbatur est in Gregor. Lopez. dict. leg. 7. in medio. Barbola in leg. maritum. 13. num. 99. ff. Soluto matrimonio. Verius existimo debitam esse. Tum quia haec quarta pars debetur vxori non habenti propria bona, vt constat ex illis verbis legis regiae. [Ni illa lohibet de lo suo.] Tum quia absolute pauper est, si diuitem patrem habeat.

Vltima conditio requisita ad bonorum reservationem est, ut superflui filii prioris matrimonij, vt constat ex dicta leg. feminina Cod. de secundis nuptiis. & Authent. de nuptiis. §. si vero expellit. & §. prima sequi dem collat. 4. & lege generaliter. Cod. de secundis nuptiis. Nam cum in illorum fauorem hæc reservatio statuta sit, illis deservientibus cessat. Neque refert, an coniux defunctus ex alio matrimonio liberos habeat, vt teneatur coniux superstitis ex quo nulli liberi habent sive bona à coniuge defuncto accepta illis tenuare, quia Textus in dicta leg. feminina. & leg. generaliter de coniuge que liberos habentes transeat secunda vota expressè loquuntur, sicut alius relatis notarunt Sanch. lib. 7. disp. 89. n. 34. Gutier. cap. 109. num. 4. §.

Dificultas autem est, An si ex priori matrimonio superflui filii, cum coniux secundas nuptias contrahit, ipsique nullula relata prole vivente coniuge, dececerint, obtinet coniux plenè dominium illorum bonorum, ac si nullos ex priori matrimonio filios habuissent? Negat Glossa. in authent. ex testamento verbo sily. Cod. de secundis nuptiis. Corneus conf. 2. 12. n. 6. volum. 2. Ludovic. Rottan. conf. 17. in fine: eo quod hæc præiudicium inducta est in compensationem iniurie viro, si illius prioris matrimonij irrogaret, que nullatenus cessat, tamen post contractas nuptias filii dececerint. Deinde proprietas illorum bonorum à punto secundi matrimonij contracti filii prioris matrimonij est applicata. Ego per illorum mortem non redit ad eōs, sed transit ad illorum successores.

Alij

- Alij, & quibus est Bolognij. addit. ad Matthesianum de successionib. intestato art. 2. princip. membro 1. num. 22. Garton. Rub. Cod. de secundis nuptiis in noua edit. remedio 3. ad euitandas penas secundo nubentium. num. 12. 4. &c. Autem ex testamento. num. 79. Cod. eodem tit. assertum predictam sententiam procedere cum filii decedentes heredem inserviant, secus vero quando ab intestato decedunt. Nam decedentibus ab intestato sine prole illorum parens succedit, & proprietas cum usufructu confoluntur. At instituto herede videtur haeres in proprietate succedere, qui haeres filii personam representant. Autem, de iure iurando a oriente praesito in princ.
- 35 Ceterum longe verius est, & omnino tenendum parentem secundum conjugatum in ea proprieitate succedere, confolandique cum usufructu. Quia fuit sententia Bart. conf. 54. volum. 1. & Auth. de non eligendo. §. hoc autem. num. 1. & 2. collat. 1. &c. Autem. ex testamento. num. 1. Cod. de secundis nuptiis. & ibi Bald. num. 2. Anton. Gomez. leg. 14. Tauri num. 1. Tello leg. 6. Tauri num. 16. Zevallos in sua q. præc. quæst. 67. 1. Sanchez innumeris referuntis dicta disputat. §. Gutierrez. cap. 109. numero 46. Mouez ex leg. feminis. §. illud ad finem. Cod. de secundis nuptiis. vbi Texus ad hanc reservationem excludendam aequiparat conjugem non susecipit filios ex priori matrimonio, vel illos mortuos esse, ibi. Quod si nullam ex priori matrimonio habuerit successionem, vel natus, natuue defecserint. At nulla existente successione nulla est reservatio. Ergo etiam nulla est filii decedentibus. Neque ibi deciditur, andecelerint intestati, vel testati, sed ex ea tantum quod defecserint reservationem tollunt, uti colligunt, ex §. quoniam iurimus. Autem. De Nuptiis. Ex quo fit hanc proprietatem, quæ filii applicatur, non applicari ipsi sumiter & irreucabiliiter, sed potius reuocabiliiter, penderent a morte sui parentis illis viventibus. Nam si illi prius defecserint, nequam de proprietate illa disponere possunt, sed tedit ad parentem, vt de illorum interitu aliquod accipiat solatium. iuxta rectum in leg. Hac edicitali. §. his illud vers. hoc quoque caueat. Cod. de secundis nuptiis. ibi vt ad eundem lucrum redeat iustus. Ex quo fit in facultate, quam haber filius decedentibus carens, etiam sub patria potestate exstat modò pubes sit disponendi de tercia suorum bonorum parte iuxta leg. 6. Tauri, qui hodie est lex. 1. tit. 8. lib. 5. compilat. & leg. 5. Tauri, qui hodie est lex. 4. tit. 4. eodem lib. non esse comparanda proprietatem horum bonorum, que post mortem sui parentis ad ipsum deuenire debebat, quia illa proprietatis decedente ipso redit ad parentem, & cum usufructu confoluntur, ut alii relatis notavit Sanch. lib. 7. dis. 89. num. 39. Gutierrez. cap. 109. num. 47.
- 36 Ex his soluta luna opposita fundamenta. Admitimus hanc proprietatem bonorum filii applicari in compensationem iniurie, sed reuocabiliiter, si prius quam parentes decedent, vel incapaces successionis extinerint. Ideoque esti coniux transiens ad secundas nuptias præterit proprietate illorum bonorum, ad illam tamen morte, seu incapacitate filiorum superueniente redire potest. Et hæres à filio designatus illius personam representant, illa representatione non est vera, sed ficta, ut denotant verba illa. Autem. haeres quodammodo videtur eadem persona cum defuncto, dictio quodammodo impripretatem reportat: in suis ff. de liberis, & posthumis. Præterquam quod non potest defunctum representare, nisi in iis in quibus haeres existit, at cum proprietatem illam nequeat defunctus in aliis transferre, ne potest comparisone illius hæredem instuere.
- 37 Dñeque auctore fructus illorum bonorum, quos coniux transiens ad secunda vota percipere potest, & quorum proprietatis filii prioris matrimonij reseruant, si tempore mortis nondum percepti sunt, ad filios prioris matrimonij simul cum proprietate pertinunt, quia usufructuarius prout erat ille coniux non transmittit ad hæredes fructus nondum perceptos; nec illos facit suos. ex leg. ff. for. leg. defuncti. ff. de usufructu. leg. ff. usufructuarius messem. ff. quemadmodum ff. usufructus amittatur. §. is vero in ff. de rerum divisione, & tradit. alii relativi Azeuedo leg. 4. num. 5. tit. 1. lib. 5. recipilat. Sanch. lib. 7. dis. 89. num. 40. Gutierrez. cap. 109. num. 48.

§. V.

Expenduntur casus, in quibus coniux transiens ad secunda vota non tenetur reseruare filii prioris matrimonij bona, quæ ex coniugis prædefuncti substantia processerunt.

1. Excusat à reservatione bonorum, si filius decedens superfluum patrem inserviat heredem, aut legato, vel fideicomisso ea bona parenti relinquat. Et hic est primus casus.
2. Secundo quatenus filii prioris matrimonij consensum præsterni secundis nuptiis à parente contrariis.

3. Proponuntur obiectiones à diversis hunc casum, & soluta tur.
 4. Debet esse consensus manifestus.
 5. Item omnium filiorum.
 6. Deinde à filio pabere præstitus.
 7. Non requiritur in filio nuptiis parentis præstitus non in fauorem filiorum statua.
 8. Consensus filiorum secundis nuptiis parentis præstitus non evitare penas impositas secundo nubentibus, qua non sunt in fauorem filiorum statua.
 9. Tertius excusat à reservatione, si ex viri prædefuncti coniux superfluum perferat ad secundam vota transfusat.
 10. Consensus coniugis defuncti in secundum matrimonium debet esse expressus, vel coniunctus certis manifestis.
 11. Si coniux defunctus restetur bona à se reliqua coniugi superstite titulo oneroso, & non lucrativo donata, refundenda non sunt.
 12. Quartus, excusat aliqui ab hac reservatione, si coniux transiens ad secundum matrimonium minor sit. Sed coniux transiens est verius.
 13. Quintus, excusat aliqui, si filius post etatemporaliter decedat, silleque mater succedat in bonis paternis, sed non admittitur.
 14. Sextus, si nubat ex privilegio Principis.
- Primus, & præcipuus casus, in quo coniux secundum matrimonium intiens excusat à reservatione bonorum coniugis prædefuncti, est si filius decedens superfluum parentem inserviat heredem, aut legato, vel fideicomiso ea bona parenti relinquat. Habet enim expressus Autem. ex testamento. Cod. de secundis nuptiis. & Autem. de nuptiis collat. 4. §. hinc nos. ver. 5. quoniam. Quippe eo eventu percipit pater ea bona à filio instar cuiusdam extranei, ut dicitur in dicto Autem. ex testamento. At extraneis inlictus heres, legatus, vel fideicommissarius possidet ea bona plena iure quod proprietatem, & usufructum. Ego eodem modo parenti ea possidere debet. Quia ratio probat, sive in iustitia, legatum, aut fideicommissum contingat antequam parentes secundas nuptias contrahant, vel post illas contractas: utique cuenter proprietatem, & usufructum illorum bonorum acquirit, quia instar extranei illi concessa sunt. Atque ita docent Bartolus autem. de nuptiis §. hinc nos. num. 1. & Autem. de non eligendo secundo nubentibus. §. cum. igitur. num. 7. collat. 1. Angel. in pr. num. 7. Cifuentes leg. 15. Tauri. num. 1. post 4. limita. vers. in 2. casu. Anton. Gab. t. 3. lib. 3. de secundis nuptiis. cod. 3. num. 26. Villalobos in suis communib. opinioneib. litt. B. num. 37. Sanch. alii relatis, disq. 89. num. 41. & 42. Gutierrez. cap. 109. num. 49.

Secundus: quoties filii prioris matrimonij consensum præsternerint secundis nuptiis à parente contrariis, excusat parentis a pena reservationis, co quod hæc indicat sit in factiōnē in iuris prædictis filii interrogatæ, quæ initia omnino cessat ipsi filii consentientibus. Atque ita docent Gloria. Autem. de non eligendo secundo nubentibus. verbo copulari. & ibi Angel. num. 8. Patibus conf. 2. num. 8. 1. volum. 3. Cifuentes, leg. 15. Tauri. num. 2. limita. 1. & ibi Castillo num. 15. ver. 1. num. 1. tamen. Anton. Gomez. num. 6. Matienzo. leg. 3. glo. 1. num. 43. tit. lib. 5. compilat. Azeuedo. leg. 4. num. 3. 6. eiusdem tit. & lib. Thom. Sanch. plures referens lib. 7. dis. 89. num. 43. Menoch. conf. 6. 2. num. 1. volum. 7. Gutierrez. bsp. 109. de matr. num. 50.

Sed aduersus hanc communem sententiam insurgit. Sartimento lib. 1. Selecta interpretat. cap. per totum, quem legevit Andreas Fachineus, lib. 2. controvenerat. Iris. cap. 6. 5. Movuntur primo; quia nulla est lex, ex qua colligi possit hanc reservationem in hoc casu cessare. Quod si dicas cessare, quia cessatio ratio ob quam hanc reservationem inducta est: oblat. quia hæc reservationem non solum ob iniuriam factam filiis, quorum charitatem secundas nuptias contrahens negligenter videtur, sed etiam ob iniuriam coniugi prædefuncto interrogatam, cuius memoriam despiciat, absoluenter intendit, ut dicitur in Autem. de Nuptiis §. fin. autem. Ego esto cesseret iniuria facta filii ob eorum consensum, cum non cesseret iniuria coniugi prædefuncto interrogata, cessare non debet hæc reservationem. Secundum filii nuptiis parentis impetrare nequeant, & illis affectuus opus laudabile exercent. Non igitur ob eam causam detrimentum pati debent; siquidem iure constitutum est, ut qui contradicendo actum impetrare nequeat, nullum consentiendo sibi parenti præiudicium. leg. Caius ff. de pignoraria actione. & leg. que dicit ff. soluto matrimonio. & tradit latè Tiraquel. de retracta coniunctione. §. 1. gloss. 9. num. 146. Verum est hæc rationes difficiles sunt, ob illas tamen non est à communis sententia recessendum. Quare ad primam respondeo admittendo predictam reservationem statutam esse in compensationem iniurie, cum coniugi defuncto, tū filii prioris matrimonij facta coniunctim, & non divisiim. Unde deficienti aliquo ex his iniurias cessat pena reservationis. Ad secundam, ad-

mitto filios impedit non posse nuptias sui parentis, at obligatos non esse illis consenserit, & quamvis qui impedit nequit actu nullum sibi patet praedictum penale consenserit; bene tamen parate sibi potest praedictum legale, cum lex ob consensum praestitum tollere possit, quod alii non consenserint habent, ut manifestum est in domino qui sui fisci matrimonio consenserit, qui ratione consensus praestit nequit seruum venundare in partes longinquas, ubi matrimonio vi non possit.

Consensus autem quem filii praeclare debent parentis coniugio, debet esse manifestus, ita ut aperiatur constet praedictum coniugium approbare. Quare non sufficit quod scient suum parentem velle secundum iure matrimonium, nec repugnat quia in his que graui sunt praedicti scientia cum ratitudine non est lignum sufficiens consensus, maxime cum filii plures rationes honestas habere possint non contradicendi, sicut aduersus alios docet Sanch. *disp. 89. num. 44*. Marc. Anton. *Peregrin. conf. 78. num. 11. & 17*. Fachineo *dicto cap. 63. nos. quinque conclusio. iunctio 5. iam quid mibi Azeudo leg. 4. num. 36. titul. 1. lib. 5. noua collect. Gutier. capit. 109. num. 51.*

Item debet esse consensus omnium filiorum, ut omnibus praedictetur. Vnde si aliqui consenserint, alii verò repugnant, vel facient negatiū se habeant soli consenserint bonorum proprietate priuabuntur. Non enim ipsius consensus alteri praedicetur debet, ut alii relatis notauit Sanch. *d. disp. 89. n. 45*. Gutier. *c. 109. num. 51*. Quod si filii decesserint relitis nepotibus, satis erit horum consensus, viptore quia filiorum personam representant, & in iure acquisitione suis parentibus succedunt, ut bene notauit Menoch. *conf. 155. num. 21. cap. 31. vol. 2. Sanch. n. 46*. Gutier. *num. 52.*

Insuper requiritur consensus à filio pubere praestitus. Nam impubes viptore ignorari consilii insufficientes sunt ad hanc cessionem. Quod verum est quamvis accedat licentia, vel consensus tutoris, ut aduersus Anton. Gabr. *titul. 3. commun. opin. lib. 3. tit. 2. secundis nuptiis. concl. 1. num. 36*, probat late Garon. *Rub. de secundis nuptiis in noua edit. rem. 2. contraproponit. ita secundis nubentium. num. 122. vers. an si filii*. Sanch. *disp. 89. num. 47*. Gutier. *num. 52*. Quod si pubes sit filius, minor tamen 2. annos iustā causā moreri debet ad hunc consensus praestandum, ut firmiter censeatur reservationi cedere; alii resiliunt potest in integrum, sicuti relato Angel. *conf. 396. num. 1. & Menochio conf. 2. 37. num. 2. lib. 3. tradit. Fachineo lib. 3. contraf. iuris. cap. 6. 5. vers. tertia conclusio*. Gutier. *num. 53.*

¶ Nullatenus vero requiritur in filio nuptiis parentis consenseriente scire se amittere reservationem praedictorum bonorum praedictum consensum praestante, non scilicet in iure extenso, in quo ignorantia huic iuri non presumitur, sed nequon in iure conscientiae. Quippe hæc reservatio non tollitur, eo quod filius cedar reservationi, & proprietatem bonorum ob secundas nuptias sibi applicatam reuiniet, sed quia consenserit nuptiis tollit causam, ob quam hæc reservatio indicatur, scilicet iniuriam sibi per secundas nuptias irrogatae, ut acutè notauit Sanchez *numero 47*. Gutier. *num. 54.*

Illud tamen in proposito obseruandum est cum Sanchez *num. 48*. Gutier. *numero 57*, consensum filiorum secundis nuptiis parentum praestitum nihil operari ad euitandas penas, que non sunt in favorem filiorum statuta, sed solum ad euitandas penas legales concernentes ipsorum favorem. Unde si defunctus legatus vxori relinquat sub conditione, ne ad secundas nuptias transeat, ipsa verb ex filiorum consensu nubat, legatus amittere, quia si filiorum consensus dispositioni parentis defuncti praedicetur.

Tertius casus in quo celstis obligatio praedicta reservationis est, si ex vi praefuncti consensi coniugi superest ad secundam vota transeat. Nam cum in compensationem, satisfacionemque iniuria defuncto coniugi, & filiis irrogata hæc reservationis inducta, & viro consentiente hæc iniuria cesset, celstis reservationis, ut pluribus relatis ex communi sententia statim Sanch. *disp. 89. n. 49*. Gutier. *in leg. nomen pofeti. n. 17. lib. 1. & de matr. cap. 109. num. 58*, aduersus Samimento *lib. 1. elect. 4. n. 3*, Fachineum. *lib. 3. controvers. c. 6. vers. quartu. 2*. Quod procedit, ut bene supradicti Doctores Sanch. & Gutier. aduentum esto infra annum luctus nuperit, quia absolute nubis ex consensu viri, & sic celstis iniuria. Penes vero iure ciuilis inducta nubentibus infra annum luctus iure Canonicus abrogata sunt. Neque opus est, ut consensu parentis premortui consensus filiorum accedit, ut contra Corrafunum *lib. 3. miscellan. c. 1. n. 12*. & Azeudo *dicta l. 4. n. 37. tit. 1. lib. 5. compilat. docuerunt Menoch. conf. 155. num. 3. Sanch. disp. 89. num. 55*. Gutier. *cap. 109. numero 63*, eo quod hæc reservatio æque satisfaciōnem iniuria viro premortuo irrogata, ac irrogare filii statuitur. Quare si ex consensu filiorum cessat, celstis debet ex viro consenserit. Neque obest quod filii ex tali consensu derimentum patientur, quia id ex consequentia evinit, ex eo quod pater iniuriam remittit, & iure suo vitetur.

Consensus verò coniugis defuncti in secundaria matrimonio statuta superest debet esse expellitus, vel conjecturis certus manifestus; qualis esset, si legatum vxori reliquerit, casu quo ad secunda vota transierit, sufficietur enim illa legatio ne nuptias illius approbavit; ut tradit. Bald. *in leg. 1. num. 6. Cod. de secundis nuptiis. Sanch. alius relatis. disp. 89. num. 52*, Gutier. *de mar. cap. 109. num. 60*. Quod verum est, tamecum intra annum luctus nuperit, quia penes ob festinas nuptias inter civili statute protinus abrogata sunt, ut notauit Sanch. & Gutier. *sopra*. Non tamen est conjectura certa approbationis nuptiarum, quod coniugis defunctus post mortem coniugi superest, si rei queritur disponendi in vita, vel in morte de legatis à re reliquis; virtute enim huius potestatis non poterit de proprietate legati sibi concessi disponere, si ad secundas nuptias transeat, quia illa potestatis concessio non est nuptiarum approbatio, sicuti docuerunt Sanch. *n. 53*. Gutier. *n. 61*.

Quod si coniux defunctus restetur bona à se reliqua coniugi superest, si tunc titulo oneroso, & non lucrativo donata, satius est, ut coniux transiens ad secundas nuptias ea plenē retinere possit, nec debeat ex titulo nuptiarum filii illius reservare. Nam cum sola coniugis defuncti voluntate hæc reservatio celstis, & hoc locum non habeat in bonis titulo oneroso qualitas, sufficietur suam voluntatem declaravit affirmans titulo oneroso ea bona coniugi dedisse: sicuti alii relatius tradit Simon de Preis *de interpret. ultim. volunt. lib. 1. interpret. 1. circa legata. dub. 10. num. 12*, quem refert, & sequitur Sanch. *lib. 7. d. 89. n. 57*, & Gutier. *cap. 109. num. 65*.

Quartum calum, in quo coniux transiens ad secunda vota excusat ab hac reservacione, & retinere bona à coniuge accepta potest, assertur Socin. *in reg. 272. num. 3*. Boëtius *decis. 18. 5. fine. Villalobos in suo erario commun. opin. lib. 3. B. n. 30*. Anton. Gabriele. *tit. 3. commun. opin. lib. 3. de secundis nuptiis. concl. 1. num. 46*, esse, si coniux transiens minor sit, quia ratione minoris aetas videatur ab hac pena exculata, ut videatur probare lex 2. *Cod. si aduersus delictum. Sed meritò contrarium censuit Azeudo lib. 3. recop. tit. 1. leg. 4. num. 58. Sanch. disp. 89. num. 58. Gutier. d. c. 109. n. 66. Fachin. lib. 3. controversial. 69. in fine*, quia nullo iure probatur hæc limitatio, nec ratione confona erat in presenti non agatur de damno vitando, sed de lucro captando, in quo eventu minor aetas nihil refert. Lex verò 2. excusat minorem à priuatione successionali, si que prius secundis nubentibus indicit, eo quod prius non adiicit iudicem, periclitique tutorem filii designari. Quod alienum est à nostro instituto.

Quintum calum referunt aliqui, si filius post aetatem pupillare decedat, illique mater succedat in bonis paternis, quia videtur hæc non à parente, sed à filio accipere. Sed rectius Cifuentes *leg. 1. Tauri. n. 2. limitat. 4. Azeudo d. 4. tit. 1. lib. 5. recop. n. 40. & 4. Sanch. disp. 89. n. 59*. Gutier. *cap. 109. n. 67*, censent nullatenus huic calum esse admittendum, nam est filius ante, vel post aetatem pupillare decedat, si in illico bonis parentis ab intestato succedit, censetur non à filio tanquam ab extraneo, sed à filio personam patris representante, atque adeo ab eius parte ea bona accipere, ut colligatur aperte ex *Amb. de Nuptijs collat. 4. §. hinc nos. vers. si igitur*.

Sextus calus ex mens coniugem secundis nubentiam à reservatione bonorum est, si nubis ex privilegio Principis, nam cum hoc privilegium aliquid operari debet, si hanc reservationem nō tollit nihil est quod operari possit, siquidem penes statute nubentibus intra annum luctus abrogata sunt. Atque ita docet *Glossa in leg. foliat. 10. verbo licet. ff. de his qui notantur infamia. Angel. in repetit. leg. Mater. Cod. ad Terentianum. num. 5. Decius in leg. 1. num. 10. Cod. de secundis nuptiis. Anton. Gomez leg. 1. Tauri. num. 6. ad fin. Boëtius decis. 18. 5. num. 25. Anton. Gabr. tom. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptiis. concl. 1. n. 45. Azeudo leg. 4. num. 46. tit. 1. lib. 5. recop. Sanch. lib. 7. d. 89. num. 60. Gutier. cap. 109. num. 68*, éisque omnium sententia teste Fachineo dicto *cap. 65. in fine*, tametsi ipse contarium censetur.

Alios casus refert Gutier. in quibus non habet locum hæc reservatione, sed eos §. precedenti retulimus idéoque ab eis in praesenti supercedendum est.

§. VI.

An vidua fornicationem committens incidat in penas secundis nubentibus statutas?

1 Pena Iure Ciuiili statuta aduersis secundis nubentis infra annum luctus iste Canon. Non corriguntur, quatenus affectant viduam fornicantem.

2 Post annum luctus si vidua fornicetur probabilius est non incurere penas statutarum nubentibus intra annum luctus.

3 Quod si penas statutarum secundis nubentibus non est dubium viduam fornicantem incurere.

4 Iure Castello vidua luxuriose vivens amittit lucra, quia condamna

- stante matrimonio acquisuit, teneturque hereditibus mariti restituere, non tamen amittit dorem.
 5 Predicte pœna locum habent in foro conscientia iuxta probabilem sententiam.
 6 Reditus est sola accidente iudicis auctoritate.
 7 Ex his inferitur vidua fornicanem priuari sententia declaratoria criminis accidente proprietate bonorum ex priori viri substantia acquisitorum.
 8 In viro luxuriosè vivente hanc pœnam locum habere negant plures.
 9 Probabilis est oppositum.
 10 Vidua fornicationem committens amittit tutelam, educationemque filiorum.

Tameus iure canonico correctæ sunt pœnae iure Civili statuta aduersus secundum nubentes intra annum luctus, nullatenus tamen corrigitur, quatenus afficiunt viduam fornicantem. Nam ut constat ex cap. fin. de secundis nuptiis, haec pœna corrigitur, ne illis secundas nuptias, quæ licite sunt impeditentur, quod in fornicatione, quæ omni iure illicita est non procedit. Neque ratione consonum erat, ut Ius Canonicum vidui delinquentibus faueret. Arque ita ut certum ex omnium sententia aduersus unum Corneum tradit Sanch. lib. 7. disp. 90. num. 1. Gutierr. cap. 110. num. 1.

Quapropter vidua intra annum luctus fornicationem committens incidit in omnes pœnas, quæ lute ciuii statuta sunt eo tempore nubentibus, ut constat ex Authent. de restitu. Et ea qua pars. §. fin. & subditur ibi ratio. Non enim aliquid amplius habet castitate luxuria & habetur leg. regia, tit. 12. part. 4. Et licet plures Doctores videantur ad has pœnas incurriendas exigere consuetudinem fornicantim. At longe verius est vnicam fornicationem intra annum luctus commissam sufficiemtē esse vt tradit Couarru. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 6. num. 12. in fine. Acoſta in cap. si pater. 1. p. verbo legatus. num. 40. de Testamento. in 6. Ioann. Garcia de coniugal acquisitu. num. 45. Matien. lib. 5. recopil. ut. tit. 9. l. 5. gloss. 8. num. 5. Barboſa leg. 2. part. 1. in princ. n. 67. ff. soluto matr. Sanch. lib. 7. disp. 90. num. 2. & colligitor tum ex dicto Authent. quod viduam parientem non ex priori matrimonio omnibus pœnis secundum nubentibus afficit: partus autem ex vnicâ fornicatione prouenire potest, idque indicat verbum illud propter stuprum. Item ratio illius Texius decidit, ne plus luxuria, quam castitati tribuantur. Tum ex dicta lege regia ibi. [Si antea que pafale el a no fice se maldad de su cuerpo.]

Post annum vero luctus, si vidua fornicetur probabilis est non incurrere pœnas statuas nubentibus intra annum luctus, eo quod Texus in §. fin. authent. de restitu. Et ea qua pars. vbi haec pœna fornicantibus indicitur, exp̄s̄ de fornicantibus intra annum luctus loquitur. Neque est eadem ratio de fornicante postmodum, siquidem fornicatio tempore luctus commissa gravior est, magisque virum offendit. Si enim Ius Ciuiile indicavit ob nuptias eo tempore contractas dehonestari, à fornicatione ipsum de fornicatione censebit. Arque ita docerat alii relatis Sanch. lib. 7. disp. 90. num. 1. vbi num. 6. id ipsum dicendum esse afferit Speciale iure nostro regio in leg. 4. tit. 12. part. 4. ibi: si ante que pafale el a no per argumentum à contrario. Cui non obstat lex 9. tit. 12. lib. 1. fori: que inquit. [Si deliques de la muerte de su marido no fice se buena vida purdalo todo quanto la dexo.] Nam vi recte tradit Acoſta cap. si pater de Testam. num. 36. Et 41. Matien. lib. 5. recop. tit. 9. leg. 5. gloss. 8. num. 5. Et 6. Barboſa leg. 2. part. 1. in princ. numero 67. Et 68. ff. soluto matr. Sanch. disp. 90. num. 6. Gutierr. cap. 110. num. 1. lego fori vim legis non obtinam, nisi si vnu comprobetur. Præterquā quod loquitur de vidua, quæ turpiter vivendi habitum habet, morisque meretricio stupra admittit.

Verum quoad pœna statuas secundum nubentibus, non est dubium viduam fornicantem sive intra annum luctus, sive post incurri, ne plus tribuantur luxuria, quam castitati, contra Authent. de restitu. Et ea qua pars. §. fin. vti latè probat Garrison. Rub. Cod. de secundis nuptiis. pœna 2. n. 57. Aules in proœmio cap. prator. gloss. 1. num. 36. Sanch. lib. 7. disp. 90. num. 2. Gutierr. cap. 110. num. 2.

4 Iure autem Castellæ vidua luxuriosè vivens si intra annum luctus, sive post amittit lucra, que constante matrimonio acquisuit, teneturque ea hereditibus mariti restituere, sicuti exp̄s̄ decidit lex regia 5. fine, tit. 9. lib. 5. recopilat. Ad quem effectum non satis est viduam semel, aut iterum fornicari, sed necessarium est hunc vitio deditam esse, id enim indicant verba illa legi's. Y fendo vidua vivere luxuriosamente, vti colligitur ex leg. Et mulieri. 1. 5. ff. de curatore furioso. Et alii. Et ibi: Et mulieri qui luxuriosè vivit: iuncta glossa verbo Et mulieri. Neque enim censenda est vitam luxuriosam ageare quæ semel tantum fornicata est, vbi bene alii relatis docent Couarru. in 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 6. num. 12. in fine. Acoſta in cap. si pater 1. p. verbo legatus. num. 38 de teſtam. lib. 6. Aules in proœmio cap. prator. numero 39. Matien. lib. 5. recopilat. tit. 9. leg. 5. gloss. 8. num. 7. Azuedo leg. 4. tit. 1. lib. 5. n. 12. Barboſa 1. 2. part. 1. in princ. num. 69. ff. soluto matr. Zecallos pract.

quæst. 9. 708. num. 16. Sanch. lib. 7. disp. 90. num. 8. Gutierr. lib. 2. praef. q. 12. 2. per totam. & de mar. c. 1. 1. c. num. 4, tameſi contrarium sentiant Anton. Gomez, Mexia, Ioann. Garcia, relati a Sanch. d. num. 8.

Dotem vero nequaquam amittit vidua fornicationem committens, etiam intra annum luctus, quia nullibi haberet haec priuatio, vti alii relatis docueint Acoſta *suprà* num. 44. Matien. numero 10. Barboſa num. 6. Sanch. numero 6. Gutierr. num. 6.

Sed an praedictæ pœna locum habeant in foro conscientia ante villam iudicis sententiam, ita ut vidua iure annum luctus fornicans reteatur nullâ expectata sententiâ restituere quidquid à marito liberalitudo accepit; et si post illum annum, vel intra luxuriosè vivit, omnia lucra constante matrimonio acquiſit. Non leuis est difficultas, eo quod vidua sic delinquens eisdem peccatis acſciatur, quibus iure ciuii afficienda erat, si nubaret, ut constat ex Authent. de restitu. Et ea qua pars. §. fin. Et ex leg. regia 3. tit. 12. part. 4. At si intra annum luctus nubaret, ipso iure amittit omnia legata à priori viro, illiusque hereditibus applicantur, ut decidunt in leg. 1. Cod. de secundis nuptiis. Et colligitur ex eo quod lex non sufficit, fed hæredes mariti vocet ad successionem, ea namque vocatione, & applicatione innuit sub conditione non transfundit ad nuptias donata esse, ac proinde transfutu ad nuptias cessat donationem, & donatum hereditibus applicari. Ego idem dicendum est, si fornicationem committeret, alii plus habebent luxuria, quam castitas contra Texum in Auth. de restitu. Et ea qua pars. §. fin. Atque ita innuit Præposit. c. tanta q. 9. n. 1. 6. Qui filii sint legitimi. Garrison. Rub. Cod. de secundis nuptiis. n. 7. 73. ver. Et plus dico. Corneus leg. fiduciis commissum. n. 3. ver. Et ex predictis. Cod. de fidei compiss. Et ibi Padilla n. 12. Tello leg. 6. Tauri. n. 2. Surd. de aliment. tit. 7. q. 2. 4. n. 12. Et 23.

Sed rectius Sanch. lib. 7. disp. 90. num. 11. quem sequitur Gutierr. d. cap. 110. num. 7. existimat viduam sic delinquentem non esse obligatam hereditibus mariti restituere quod ab ipso accepit, aut constante matrimonio acquisit, quouique criminis declaratio accedit. Quis esto iure ipso præter bonis prædictis, cum ea priuatio in pœnam delicti statuantur, necessaria exigit sententiam saltem declaratoriam criminis, et multis comp̄obau. trax. de legi. disp. 1. part. 2. Neque obstat quod nō fiscus, sed hæredes vocentur, quia ob iniuriam defraudent factam applicantur ea bona iuri, qui eius personam representant, media tamen sententia. Neque inde fit plus tribui luxuria, quam castitati, siquidem idem quod secundis nuptiis iure Ciuiili admittendum erat, amittit in fornicatione, tameſi modus amittendi diversus sit, eo quod nuptiae non sunt delictum, ac proinde amissio ob illas pœna propriæ esse non potest. Secus vero amissio ob fornicationem, quæ quia pœna est sententiam exigit.

Ex his videtur inferendum viduam fornicantem priuari sententiâ declaratoria criminis expressa proprietate bonorum ex priori viri substantia acquisitorum, obligarique eam filiis prioris matrimonij reservare, sicuti si ad secundas nuptias transfuerit, ne plus habeat luxuria, quam castitas contra Texum in Authent. de restitu. Et ea qua pars in undecimo mensi pœnitentia mortem viri, §. fin. Estque communis omnium sententia telle Azuedo leg. 4. n. 10. 11. tit. 1. lib. 5. compilat. Gutierr. cap. 110. num. 11. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 90. num. 13. quamvis ipse n. 4. contrarium sentiat in foro conscientia, eo quod in feminâ fornicante non sit eadem suspicio iniquæ traditio filiorum prioris matrimonij, que ei secundis nuptiis, cum nec amissum, neque illius filios ita ardenter diligat, ac secundis nuptiis solet maritum, cuiusque filios diligere. Quæ fuit ratio huius refutationis.

Sed an in viro luxuriosè vivente haec pœna locum habeat variant Doctores, Pinellas in leg. vlt. n. 19. Cod. de bonis matr. quæ sequitur Gutierr. d. c. 110. num. 13. negat, eo quod in viro non procedat eadem ratio, ac in matre. Nam mater ob eius levitatem, imprudentiam, ac iudicij defectum neque redditum suscipit a filiis prioris matrimonij fornicando, accendendo. At pater vroptor prudentior, ac iudicicio constantior luxuriosè vivendo filiis suspectus non redditum. Et forte ob ratione luxuriosè viventi mulieri interdicier tanquam prodigie bonoru administratio, ut ex communis resoluti Ant. Gomez leg. 14. Tauri. num. 3. Arias Pinel. dist. leg. fin. num. 24. quæ tamen viro luxuriosè viventi non interdicunt. Neque obstat plus operari castitatem, quam luxuriam contra Texum in Authent. de restitu. Et ea qua pars. §. fin. siquidem vir ad secundas nuptias transfuerit priuatur bonorum proprietate ex coniugis defuncti substantia quæ sutorum, non tameſi luxuriosè vivens, quia id procedit quando est eadem ratio, quæ non videtur esse in præsenti.

Ceterum esti haec sententia probabilis sit, probabiliorum extimo virum luxuriosum, æquæ priuari proprietate bonorum, ac fornicatam, quæ fuit exp̄s̄ sententia Nicolai Alcalensis. Cod. de secundis nuptiis. q. 5. num. 22. Bolognini addit. ad Maribellianum de successione ab intestato art. 2. princ. Cifuentes leg. 1. 5. Tauri ad fin. Tello leg. 6. Tauri. n. 2. Et fuit Ripa leg. 5.

Disputatio IV.

fo. 9, b. num. 98. Cod. de recouardis donationib. Et Bart. leg. his
folia in fin. Cod. eadem it. Mouet, quia hæc referuatio bono-
rum, (ut sapè dictum est,) sancta fuit in satisfactionem
in iure, que per secundas nuptias cum coniugi defuncto, tum
illis filii interrogatur: at hæc iniuria grauior. sit fornicatione
sue commissa à feminâ, sive à viro. Ergo æquum est ut eadem
pena mulctetur, locumque habeat dictum authent. ac luxuriaz
plusquam castitati tribueretur.

Secundò infero ob eadem ratione viduum fornicantem
huc intra annum iustus, sive post amittere tuelam, educationem
pénè filiorum, ut pluribus firmant Azeuedo leg. 4. num.
14. lib. 5. collect. Sanch. disp. 90. num. 15. Guierr. de tuelam.
cap. 9. num. 19. & de matr. cap. 112. num. 15. Nam cum secun-
dis nuptiis predicta tutela ipso iure priuata sit educatione ve-
riò si contrarium iudicii videatur, efficiunt fornicatione pui-
vandam esse, ne plus comparet luxuria, quam castitas. Debet
tamen sententia taliter declaratoria criminis accedere, quia
alias non videatur obligata vidua tuelam, educationemque fi-
liorum relinquere, cum experientia teste compertum sit plu-
res viduas fornicari, que tuelam, educationemque filiorum
non relinquent, nec tamen obinde à Confessariis non absolu-
viantur, sicut bene norarunt Guicci. & Sanch. suprà. Illud
centum ex eisdem Doctoribus virum viduum luxurio sum tu-
ta non esse praudum, siquidem ea per secundum coniugium non priuatum.

§. VII.

An pœna à testatore imposta secundis nuptiis sine
lure Canonico correcte, locumque habeant
in coniuge fornicante?

- 1 Suppono conditionem excludentem nuptias à testatore appo-
stam ei, qui nunquam nupsit, neque matrimonium con-
sumauit nullum esse; valere tamen si vidua apposi-
ta sit.
- 2 Hereditas, sive legatum uxori, vel viro relictum sub condi-
tione, ne transeat ad secunda vota, cessat omnino. Et in
foro conscientiæ restituendum est hereditibus legatis suis
nullam expectatam sententiæ iudicium.
- 3 Dupliciter conditio excludens a secundis nuptiis potest appo-
nari à testatore.
- 4 Si legatum sub conditione negativa factum sit, teneat ins-
titutus cautionem præstare de conditione obseruanda, sin
minus restituendum legatum.
- 5 Si vero legatum sub conditione distributum fuerit, nullam
cautionem tenetur legatus præstare.
- 6 Ad predictum legatum annuum relictum legatarius acqui-
rat illo anno, quo conditioni non paruit; varians Do-
ctorum.
- 7 Verius sive legatum non deberi legato in regre, sed pro quota
annuæ parte, quæ à nuptiis absinuit.
- 8 Legatum coniugi ab alio coniuge, vel ab extraneo absolue-
relictum nequam amittitur, et si secundo, vel tertio
nubet.
- 9 Examinatur an legatum relictum coniugi sub hac condi-
tione casè, & honestè vixerit amittitur transiit ad secun-
das nuptias; Proponitur triplex sententia.
- 10 Approbat ultima.
- 11 Secunda nuptia factum vidua, eiisque conditionem dedi-
co, et si Sanch. existimat predicta conditione exclu-
dendi, Verius est oppositum.
- 12 Examinatur an legatum relictum sub conditione casè, &
honestè viuendi unica fornicatione amittitur; i Propo-
nitur duplex sententia.
- 13 Has duas extremes sententias Sanch. conciliat.
- 14 Ex qua distinctione tria insert Sanch.
- 15 Dupliciter distinctione à Sanch. constituta, & resolutio quæstio.
- 16 Sit isti fundamenta prime sententia.
- 17 Examinatur an legatum sub conditione casè, & honestè vi-
uendi amittitur à feminâ ampliè virorum, casti-
bilibus impudicis vacanti. Affirmat communis sententia.
- 18 Contrarium defendit Nauart.
- 19 Sanch. sub distinctione respondet.
- 20 Quid nobis sentendum sit? Et si ait distinctione à Sanch.
constituta.
- 21 Deciditur legatum relictum sub conditione non transiendis
ad secundas nuptias non amitti fornicatione, nec ma-
trimonio irrito.
- 22 Nec item amittitur dictum legatum sponsalibus de fu-
turo, nec matrimonio de presenti non consummato.
- 23 In foro tamen externo ex officio Indicis amittendum est for-
nicatione commissa, aut matrimonio irrito contrario.
- 24 Legatum relictum vidua, dum vidua fuerit nequam
amittitur etiam ex Indicis officio. Et ex eo quod Religio-
nem profiteatur.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Punct. XIII. §. VII.

157

- 25 Legatum relictum coniugi ab alio coniuge, quandiu in eius
domo habitauerit, transiit ad secundas nuptias amittitur.
- 26 Legatum relictum coniungi, quandiu cum filiis defuncti
commoratus fuerit transiit ad secunda vota perire, sive
legatum relictum sit uxori à marito, sive econtra affir-
mant plures.
- 27 Verius est non amitti ipso iure, si coniux velit filios secum
retinere.
- 28 Decedens filius mater prædictum legatum retinere po-
tebit.
- 29 Legatum aliqui relictum, quandiu apud uxorem testatoris
commoratus fuerit, transiit ipso ad secundas nuptias
non perire, tametsi legatus cum ea uxore non commo-
retur.
- 30 Vir condens testamentum, & legans uxori, si ea defuncta
aliam dicit, non debetur legatum posteriori, si sub nomi-
ne proprio legatum factum est.
- 31 Si vero sibi nomine appellativo legatum factum est, ut lego
uxori mea, alijs affirment, alijs negant.
- 32 Examinatur quibus conferendum sit legatum annuum pro
maritando feminis relictum, & assertur solis fieri minis
primo nubentibus conferendum.
- 33 Feminis iam maritatis etiam pauperibus legatum pro fa-
minis mariandas non videatur conceidi posse.
- 34 Quid si hoc legatum certa persona relictum sit.

Aliqua in hoc §. sunt certa, alia apud Doctores contro-

Aucta, ut notavit Sanch. lib. 7. disp. 91. per ioram.
Primo suppono conditionem excludentem nuptias à te-
statore appositam ei qui nunquam nupsit, neque matrimonium
conlunauit nullam esse, valere tamen si vidua appo-
sitam sit; ut pluribus comprobab. Sanch. lib. 1. disp. 3. & 4. n.
30. Et seqq. & lib. 7. disp. 91. n. 5. Matienzo l. 3. gl. 2. n. 14. c. 1. id. 5.
noue collect. Guicci. cap. 11. num. 1. & nos diximus disp. 1. &

2. vbi de conditione à nuptiis retinente.

Vnde sit hereditatem, seu legatum uxori, vel viro reli-
ctum sub conditione ne transeat ad secunda vota cessare omni-
no, & in foro conscientia nullam expectatam iudicis senten-
tiæ restituendum estle hereditibus legatis, quia illa non est
peccata, sed conditio à testatore apposita, ut legatum effectum
habeat, ut multis relatis docet Sanch. dicta disp. 91. num. 3.
Guicci. cap. 11. num. 1. Vazq. de testament. cap. 8. §. 2. num. 31.
Et colligitur aperè ex Auben. cui relictum Cod. de indicia
videtur. Et idem censet Sanch. & Guicci. esse dicendum de
legato relicto sub hac conditione, si casè vixerit, amittitur
namque quantumvis occulè conditio cesseret. Quod verissi-
mum est posito quod testator intellectus de usurpatione occu-
pata, quia illa non est peccata delicti, sed conditio requiri-
ta pro legato obtinendo. At mili difficile est credere testato-
rem sub illis verbis, si casè vixerit usurpationem occultam, &
omnius secretam voluisse excludere. Sed potius censetur lo-
lam usurpationem, ex qua honor, & fama iad. tur intelligi-
gandam esse, sicuti credit Mauchaca de success. progressu, in
pref. lib. 1. num. 98.

Secondo prædicto conditionem excludentem à secundis
nuptiis dupliciter à testatore apponere posse, negatiuè, vel di-
stributiue; negatiuè apponitur quando nuptiae abolute negan-
tur, ut si dicatis lego coniugi centum si non nuperi, si cau-
tementum seruauerit. Distributiue vero apponitur, cum iuxta ex-
ecutionem conditionis legatum distribuitur, ut si leges uxori
hereditarem, illiusve fructus quandiu, quoque, seu donec
vidua fuerit.

Si legatum sub conditione negativa factum si teneat ins-
titutus cautionem præstare de conditione obseruanda, siu
minus restituendum legatum cum fructibus iuxta l. Murianum.
Et leg. hæres mens. §. qui post Murianum Et §. quædam si de con-
dit. & demonstrat leg. cuius filius §. qui Murianum ff. de legatis 2.
Et leg. regia 7. titul. 4. part. 6. Legatum vero post annum ab
obiu testatoris numerandum tradendum est, nisi forte antea
spes nuptiarum deficit. Ut exprestè deciditur Auben. cui
reliktum Cod. de ind. da videtur, tollend. Et Aubent. de nuptiis.
§. que vero, verf. unde sanctimus, quod iure Canonico conte-
ntum non est, ut superius diximus. Etenim cum predictæ
conditioni contrauenire institutus possit dum vivit, æquum
que sit legato non priuari; meritis eius dispositus, ut legatum
legatar o tradetur præstigiis supradictæ cautione. Hæc autem
cautio (si fieri potest) pignoratua, vel fiduciolla a elle debet,
sin autem iuratoria suffici secundum Greg. Lopez, leg. 7. verbo
no quisiere, titul. 4. part. 6. Et Molin. tit. 1. trit. 2. disput. 206.
vers. quando aliquis. Quod si postmodum hæres, vel legata-
rius conditioni non paruerit, teneat hereditatem, vel
legatum cum omnibus suis fructibus ab initio perceptis alijs
succelero restituere, quia ea institutio, & legatio nulla est,
eiisque nullitas retrotrahitur ad initium institutionis, &
legationis, ut exprestè deciditur Auben. cui reliktum Cod.
de indicia videtur, tollenda, ibi. Quod sic admittitur, ac se-
gi reliktum, vel ordinum non est. Atque ita doceat ibi

Paulus

mitio, ff. de excusatione tutorum, lalon. in leg. fin. num. 51. vers. in ultima parte, Cod. de indicia viduit. Praepositi cap. Nicana. num. 4. dist. 3. Guilielm. Benedicti cap. Raynatus num. 228. vers. qui cum alia de Testamento. Beroij. con. 30. n. 2. volum. 2. Zephali. con. 300. num. 39. volum. 4. Berrachini in suo reperto. litters. Verbo vxor vsifructuaria. Syluest. verbo Legatum 1. q. 5. num. 9. & verbo Legatum 2. in fine. Couarru. 4. decret. 2. p. cap. 6. 8. num. 17. Nauarr. cap. 2. num. 6. & cap. 2. num. 6. 5. Zenedo collect. 1. 4. ad decret. num. 9. & 10. Henr. lib. 1. 3. de excommunicare. cap. 6. 5. num. 2. in comment. litt. V. Philharci de officio Sacerdotis. 1. 2. part. 2. lib. 6. cap. 22. Menochii de presumpt. lib. 4. presumptione 188. numero 12. Manticus de conjecturis. ultim. volum. lib. 11. tit. 19. num. 35. Vezze 2. t. sum. cap. 32. calu. 9. titul. 1. cap. 94. casu 2. ad finem. Ludovic. Lopez. titul. 1. iudicior. cons. 1. 1. cap. 19. post medium. Dicuntur primo, quia sicutam fornicationem committas inhonefta, & turpis es, quippe haec nomina, turpis, adulter, homicida, raptor & delictum significant. vniuersaliter contenta sunt, ut constat in leg. Arthias. §. presuicari. ff. de his qui non aurum infamia. Et leg. quis sit fugitius. ff. de adulatio editio. Et cap. fin. de raptori. Et tradit Abbas in cap. 1. num. 38. de Iudicio. Et ibi Decius in 2. lectura. num. 12. Dominic. in cap. 1. de vita, & benefice clericor. in 6. num. 8. Et Francus ibi num. 3. At qui turpis, & inhonefta est, casta & honeste non viuit. Ergo ob vniuersaliter fornicationem conditio casta viuenti non seruat. Secundum si promittas casta viuire, (vi) promittunt qui subdiaconatu insignificant, iuxta Texum in cap. 1. Et cap. quod distinct. 28. & omnes Religiosi cum professoem faciunt, promittunt ab omni actu corpori abstinentia. Ergo testator per eas pro conditione sua legati ut casta viua, petit ut ab omnibus ad turpis contineas. Tertiū casta & honeste viuere est castitatem seruare. At vniuersaliter fornicationem commissam non seruant castitas, sed potius violatur. Ergo vniuersaliter fornicationem, vniuersaliter turpis sufficit, ut conditioni casta viuendum parcas.

¹³ Has duas extremes sententias Sanchez lib. 7. disput. 91. num. 33. hac distinctione conciliat. Si legatum viduat relatum sit ab eius filio, vel a marito, entique filio, vel ab aliquo alterius consanguineo, arctissimae amicitia coniunctio, vniuersaliter fornicationem amittit, ut potest qui vniuersaliter fornicationem offendatur, & in hoc casu secundam sententiam veram censet. At si legatum ob alio extraneo relatione possumus etiam fornicationem frequentiam, ut iure optimo possit dici eius vita impudica, & inhonefta. Probat Sanchez. sum distinctionem; nam esto illa verba *casta*, & honeste viuere habuum sonent, nec possit dici vita impudica, & inhonefta illius viduae, quae semel aut iterum fornicatur, idcōque apposita ab extraneo exigunt turpidinum frequentiam. At apposita ab his qui vniuersaliter fornicationem legaturi grauius debonantur, credendum est illis verbis voluntate omnem turpidinem excludere, sicut ad hanc offenditionem superius collegimus illis verbis non solum turpidinem illicitam voluisse maritum à coniuge superfluite excludere, sed quae secundis nuptiis inef. Neque alienum est à proprietate sermonis aliquando ob causam gratiam, & virginitatem recedere. Argum. leg. maritum. 29. vers. qui question. ff. ad leg. Iuliam de adulterio. vbi sola vniuersaliter permisso adulterio per maritum, conetur ex uxore quæstus factus ob rei gratitudinem, cum tam proprie quæstum facere confundendum adulterio ibi potius significet.

¹⁴ Hinc ita infert Sanchez. d. disp. 91. a. num. 3. Primo legatum ab uxore, eiisque filius reliquo viro superfluite sub conditione casta, & honeste viuendi vna vel altera fornicatione, seu turpidinum commissam non amittit, sed opus est turpidinus frequentia. Quod à fortiori procedit, si à consanguinei vii reliquo sit. Dicitur, quia nec uxor, nec alii consanguinei grauius offenduntur ex vna, vel altera viro fornicatione, ac proinde nulla ratio est cogens à verborum proprietate recedere, sicut in fornicatione feminæ contingit. Secundum infert, & recte Sanchez, plures referunt legatum amicum vel ob fornicationem, vel ob vitam inhoneftam non recuperari redditu ad meliorem frugem, quia conditione legati deficiente legatum exprimitur. Tertio deducit legatum annuum reliatum ad collocandas feminas honestas, seu honesta vita posse concedi iis quæ vna, vel altera vice fornicatae sunt, tametsi consanguinei sint testator, quia ex quo testator nullam consanguineam specialiter designavit, sed extraneas simul cum ipsis legati participes fecit, quanvis consanguineis ius prælati concesserit, videtur aequaliter in omnibus castitatem exegisse, neque ex turpidinre consanguineas singulariter offendit.

¹⁵ Ceterum huic distinctioni Sanchez. acquiescere non possum: non enim testator eam conditionem casta, & honeste viuendi apposita censendus est, ob vitandam suam infamiam, sed ob castitatis amorem, & in illius obfervacionem, & cultum, ut patet in eo, qui legatum relinquit pro mariando feminis casta viuentibus. Ergo non ex infamia proueniente testatori ex turpidinre legaturi colligendus est valor.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

vel nullitas legati, sed ex violatione virtutis castitatis. At castitatis virtus aquæ violatur vniuersaliter fornicatione à legatis testatori extraneis, sicut ab eius consanguineis. Ergo idem in omnibus descendunt est. Quapropter ex ultimo secundam sententiam Probabiliter esse tenendamque in iudicando, & solvendo, nempe conditionem illam casta, & honeste viuendi vniuersaliter fornicatione publica sue facta, sicut iure deficeret. Et præter rationes ibi adducas hac consideratione conuiocor. Vidua cuius fornicatione publice constat censeri nequit casta & honeste viuisse, siquidem latente eo tempore quo fornicata est inhonefta vixit. Deinde ex vniuersaliter fornicatione denominata feminæ simpliciter, & absolue inhonefta, & impudica etiam secundum Sanchez. disp. 4. num. 40. Ergo denominari nequit casta, & honesta, ergo nec castam vitam duxisse. Debet tamen fornicatio publica esse, ut legatum amitteretur, quia dum occulta est, apud Deum inhonefta sit, apud homines tamen casta, & honeste viuere censetur, & testator præsumi debet de honestate visibili, & hominibus apparente locutum esse; alias feminæ secretæ se polluens incapax esset legari, quod pro feminis honestis relatum est. At eo ipso, quo turpitudine probata fuerit, esti vniuersaliter repellendus est legatus à legato, & ipso cui conditio requisita non aptatur. Et ex his solvit fundamentum Sanchez.

Fundamenta vero primæ sententie sic dilues. Ad primum 16 presumptum ex S. item Lex Iudia, de Adulterio admittimus stuprum committi posse cum virgine, vel vidua honeste viuente, honeste inquam antequam stuprum committeret, secundum illo commisso. Ad secundum ex leg. suprum respondet ibi tantum definiari stuprum esse posse cum his mulieribus, quæ turpiter viuunt, ut si quantum faciant, ibi tamen non deciditur viuere turpiter esse qualium facere, siquidem absque qualiter potest mulier turpiter viuere. Ad tertium concedo ex vniuersaliter fornicatio non denominari quempiam honestum, negamus tamen non denominari inhoneftum, & turpem ex vniuersaliter turpidinum, quippe bonum ex integra causa, malum ex quoquem defectu. Ad quartum admitto luxuriosam viuere opponi contrarie casta, & honeste viuere, sed non contradictrior, idcōque stare optimè potest quod quis non casta, & honeste vixerit quin vixerit luxuriosam, quia ad vitam luxuriosam requiritur, quod luxurios abunder, at ut quis dicatur non casta, & honeste viuisse, sufficit quod aliquando à castitate defecerit.

Quæstio tercia, An legatum sub conditione casta, & honeste viuendi amitteretur a feminâ amplexibus virorum, tabubique impudicis vacanti? Communis tentatio censet amitteri, quia haec castitatem aduersatur, & feminam inhoneftam, & impudicam denominant. Sic Bald. cons. 207. num. 3. & 2. volum. 4. Couarru. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 6. num. 3. in fine. Menochii de presumpt. lib. 4. presumpt. 4. num. 38. Manticus de conjecturis. ultim. volum. lib. 11. tit. 19. num. 34. Salcedo additionib. ad Bernard. Diaz reg. 216. in fine. Zenedo collect. 1. 4. ad decretal. num. 9. & 10. Graffis 1. p. decisi. lib. 2. cap. 11. num. 8. Mansuet. 1. cap. 99. num. 1. Lata leg. si quis a liberis. §. si quis ex his. num. 47. de liberis agnoscendis. Et alii relati à Sanchez. disp. 91. num. 38.

Contraria sententiam defendit Nauarr. sum. cap. 2. 3. num. 18. 92. eo quod prædicti actus esti castitatem aduersantur, quia tam non plenæ, & perfectæ, sed inchoatiæ aduersantur non denominari formam simpliciter impudicam, nec legati impudicam. Et confirmari potest ex his quæ tradit Sanchez. lib. 10. disp. 4. num. 12. alferens prædictis tabubibus non præberi sufficientem causam diuiniti, nec dotis amissioni.

Sanchez vero dicta disp. 91. num. 40. sequens Ludovic. Lopez 19 1. part. instruct. cap. 2. 3. censet prædictum legatum amitteri, si toties hos actus feminæ multiplicaverit, ut merito impudica censenda sit. Secundus vero ex uno, vel alio actu huiusmodi lasciuio. Nam esto vniuersaliter fornicatio sufficiat ad amittendum legatum à viro, ciuilem consanguineis coniungi reliquum, id est quia actus fornicationis, ut potest in materia luxurie perfectus, & complexus committentem denominari simpliciter impudicam. Secundus vero est de huiusmodi actu imputatio.

Caterum in hac questione alter dicendum videtur. Si enim forum exterrimus spectemus, prima sententia alferens feminam his turpibus actibus vacantem legatum amittere sustinenda est, tum ob suspicionem vehementem, quam de se præber fornicationis, vel pollutionis, tum in pecuniam turpidinum commissæ, merito namque priuari à iudice debet legato honeste, & casta viuentibus relatio, quæ sic turpiter viuit. At si forum conscientia spectemus placet mihi Nauarii sententia. Nam cum hac priuatio odiosa sit, non est ultra proprietatem verborum extendenda. At verba casta, & honeste viuendi secundum proprietatem sumpta non deficiunt plenæ, & perfectæ ex huiusmodi actibus libidinosis seclusa fornicatione, vel pollutione, quia in materia luxurie non sunt actus consummati, & perfecti. Ergo ex illis tantum legatum amitteri non potest; nam ad amittendum legatum conditionale debet conditio integræ deficeret.

Paulus num. 4. Iason num. 7. Mol. lib. 2. de primogen. capit. 12. num. 21. Alter Molina Iesuita c. 1. tract. 2. disp. 207. vers. postea deinceps. Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 22. Sanch. lib. 7. disp. 91. num. 6. Quinimo ut bene tradit Molina lib. 2. de primog. cap. 12. num. 21. Mantica num. 22. Couraru. reg. peccatum 2. p. 8. 6. num. 4. Sanch. dictio num. 6. non solum obligatur restituere fructus perceptos, sed alia percipiendo a successore, si institutio, vel legatio defuerit, quia in his detrimentum paup. est.

Verum si legatum sub conditione distributiva fuerit, nullam legatarius tenet praeferre cautionem, eo quod nihil receptum obligari possit ad restituendum, cum nihil accipere posse, nisi conditione impleta, vt non ruit Salicet, leg. fin. num. 3. Cod. de iudicata videtur. Ruin. cons. 170. num. 2. in fine. Mantica lib. 11. de coniecturis ultim. volunt. tit. 19. num. 22.

Quos referit, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 91. num. 9.

Sed an predictum legatum annuatim relictum legatarius acquirit illo anno, qui conditione non patitur? Discordant Doctores. Nam Immola in leg. cum filios. §. qui Marianam numero unico de legat. 2. Et Acosta lib. 2. select. cap. 18. num. 4. negant, quia legatum non debetur, nisi possit conditione, at ea conditio integrum anno non exigit, ergo legatum integrum illius anni deberinon potest. Limitat autem Acosta, nisi conditio defecit absque culpa legatarii, eo quod initio anni mortuus sit, quia tunc cestandum est conditione integrum implere a proinde legatum integrum deberi.

Verum in utroque euentu deberi legatum videtur, eo anno quo dubit, affirmatur Alberic. in leg. definita num. 3. ff. de Iusfructu. Et quemadmodum quis vixit. Iason lib. leg. diuinitus in princip. numero 7. ff. Solutio matrimonio. Signorulus cons. 6. Mantica de coniecturis ultim. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 24. Sanch. lib. 7. disp. 91. num. 10. Moxentur ex leg. filia & leg. a nobis, si de annua legatis, ubi flaturit sat sic annum incepit esse, vt legatum annum integrum debetur. Quippe, si initio anni ead conditio extinxit, eo ipso legatum legatario acquiritur.

Ceterum esti haec sententia sint satis probabiles, verior enim existimo legatum non deberi legatario integrum, sed pro quota anni partes, quia a nuptiis abstinuit. Nam cum solum debetum sit pro tempore, quo a nuptiis abstineret, siquidem sub ea conditione conceditur a nuptiis autem non integrum anno, sed parte illius abstinuit, censendum est partem legati, & non integrum legatum acquisire. Quod non obsecutus docuit Bart. in dicta leg. a nobis. Et Crotus in leg. nuptiis pœnit. num. 54. ff. de legat. 1. quatenus afferunt legatum relictum sub conditione aliquius faciat a legatario exequiendi debet pro quota anni parte, quia legatarius factum executus est, quibus adhaeret Mantica de coniecturis ultim. volunt. lib. 10. tit. 1. num. 14. Ergo legatarius, cui legatum relictum est sub conditione abstinendi a nuptiis non poterit legatum habere, nisi pro ea anni parte, quia a nuptiis abstinuit. Neque contrarium colligitor ex leg. filia, & leg. a nobis, quia ibi tantum dicitur legatum annuum debet conditione initio anni existente, sed an torum, integrumque legatum debetur plures decidunt. Præterquam quod predictæ leges intelligi possunt de legato, quod divisionem non patitur.

3 Tertiò preminto legatum coniugi ab alio coniuge, vel ab extraneo absoluere relictum nequaquam amittitur, eti. secundo, vel tertio nubat, quia cum nuptiis non sine fiducia, & absque illa conditione legatum relictum fuerit, nulla est causa ob quam amitti possit, maxime cum Iure Canonico correcta sint causa Iure Civili statuta intra annum lucus nubentibus. Arque ita docuit Couraru. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 9. num. 11. Acosta leg. cum tale. 8. si arbitrau. limitat. fin. numero 3. ff. de conditionib. & demonst. Mantica de coniecturis ultim. volunt. lib. 10. titul. 5. num. 21. Surd. de alimentis. tit. 7. quæst. 23. num. 18. Sanch. alii relatis lib. 7. disp. 91. num. 12. Gutierrez de matrim. capit. 11. numero 5. Quod procedit, tametsi alimenta, & vissitudines legata sint. Nam cum coniux defunctus haec legans potuerit secundas nuptias excludere, & sub conditione a illis abstinenti legatum concedere, posito quod id non expressiter, censendum est permisisse; si enim ex ea omissione in aliis legatis nuptiae censentur permisæ, cor non in legato alimentorum, quod laudabilis est? Atque ita docuit Surd. de aliment. ita. 7. quæst. 23. num. 6. & seqq. Anton. Gab. t. 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptiis concil. 1. num. 43. Sanch. alii relatis lib. 7. disp. 91. num. 12. Gutierrez. d. cap. III. num. 5. His positis Sanch. à num. 14. sex questiones mouent.

Prima An legatum relictum coniugi sub hac conditione, si calè, & honestè vixerit amittatur transiit ad secundas nuptias? In qua questione triplicem referit sententiam. Prima est Bart. in Auren. de nov. eligendo secundis nuptiis, §. cum igitur. num. 1. Et in leg. ult. in fine. Cod. de iudicata videtur Abbat. cap. quod à te num. 3. de clericis. comingat. Et cap. ut clericorum. num. 5. De vita, & honestate clericorum. Felin. in cap. si causatio. numero 40. de fide in brumator. Castillo in leg. 15. Tauri. 1. vers. quod est verum. Menchaca de successionum progressu lib. 3. §. 27. num. 29. Ludovic Lopez, lib. 2. de contradicib. cap. 4. 5. vers.

tamen prior est. Vega 2. tit. sum. cap. 32. casu 29. Molina le. suita, tit. ad. 1. tract. 1. disputat. 207. post medium, que negat prædictum legatum amitti, nisi forte de testatoris voluntate, aut ex communis viu loquendi apparet illis verbis impetus excludi. Dicuntur eo quod secundæ nuptiæ, in d. tertie castitati, & honestati non obstant ex Texu expresso in cap. Nicana. 3. 1. diff. Et leg. malier. §. cum proponeretur ff. ad Senatus Consilium Trebellianum. Et tradit D. Thom. 2. 2. quæst. 152. m. t. 1. in corp. Secunda, que est aliozum, quos racio nomine referit Rofella, verbo Adulter. numero 6. dictum quod, an legans vir doctus sit, vel supplex? Si doctus sit, etiam tunc secundæ nuptiæ castitatem inesse, non est censendum illis verbis nuptias excludere, maxime cum interpretatio facienda sit aduersum eum, qui legem potuit dicere apertus. At si simplex sit, credendum est sub omnimoda castitate legatum reliqui.

Tertia, cui ipse Sanch. ut probabilius adhaeret haec videtur distinctione, si legatum relictum sit a filiis, vel nepotibus ipsius coniugis ad. Tercundas nuptias transeunt, vel ab alio coniuge defuncto, eti. que consanguineis, legatum amittetur secundæ nuptiæ contradic, secundæ vero h. quounque alio fuerit legatum relictum. Et placet hanc sententia præcipue, quia communis est, ut constat ex iis que adducit Couraru. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 9. numero ultim. Anton. Gomez, leg. 14. Tauri. numero 9. Mantica de coniecturis ultim. volunt. lib. 11. titul. 19. Numero 31. Villalobos in communib. opinionib. verbo exor. numero 12. 6. Zealous in suis q. præf. quæst. 151. numero 3. Sanchez dicta disputat. 91. à numero 16. Deinde verba que indifferenta sunt, & que variis sensus recipere possunt, intelligi debent sumi a profecto secundum sensum, qui sua maximè intereat. Leg. fin. in fine. ff. de obligationib. & actionib. At illa verba si cap. Et honeste vixerit indifferenta sunt, ut de omnimoda, & perfecta castitate intelligentur, vel de sola castitate, quia coniugio inest: ex alia parte coniugi defuncto, eti. que consanguineis, viduæque filii magni resert, ut de perfeta castitate, quæ abhinc tantum a nuptiis continet intelligentur, siquidem hac ratione vidua amorem, & memoriam sui coniugis conferat, qui secundus nuptiis abeatur. Ergo sic intelligenda sunt. Quæ ratio in aliis personis non procedit, id est alia persona dictis verbis solam turpitudinem propriam censenda sunt, voluisse excludere. Et hæc aliqui Doctores censent tertias, & vltioreis nuptias excludi, eo quod ea calitate nuptiarum multiplicatio deficit. At rectius Couraru. dicto cap. 3. §. 9. in fine. Anton. Gomez, leg. 14. Tauri. numero 9. Gregor. Lopez, leg. 1. verbo o mas. tit. 1. 2. part. 4. Mantica de coniecturis ultim. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 31. Sanch. disp. 21. num. 24. censent nullatenus exclusas esse, quia aquæ tenet, vltioreisque nuptiæ castæ sunt, sicuti prima, & secunda.

Si autem secundæ nuptiæ statum videtur, eti. que conditionem dedecet, vel quia est eritis proœcta, vel quia terciatum Ordinem D. Francisci professa est, vel quia nubis longè inferior, aut legatus inimico censetur Sanch. plutes referens 26. prædictas nuptias exclusas esse illis verbis si cap. Et honeste vixerit à quounque fuerit ea conditio apposita, quia illæ nuptiæ cum vidua famam denigent, non censendat sunt honestæ. Ceterum contrarium verius censent, nam esto illa nuptiæ viduam dedecet, & legarem offendit id prouenit ex ceteris tantis existentibus, non ex eo quod calvitii, aut honestæ opponuntur. Si igitur illis verbis si cap. Et honeste vixerit, apposita à confanguntis coniugio, vel ab alio extraneo sola turpitudine illicita excluditur, censent, vel certe nuptiæ quantumvis minus convenientes exclusa non erunt.

Quarto secunda: An legatum relictum sub conditione calè, & honeste vivendi vnica fornicatione amittatur? haec qualiter duplice sententiam referit Sanch. dicta disp. 91. à num. 31. Prima negat, que est Azuedi in leg. 4. tit. 1. num. 19. lib. 5. noua collect. Dicuntur ex item lex Iulii de adulteriis, in verba eadem leg. in isti. de publicis indicis: vbi leg. Iulia puniri dicitur stuprum illius qui virginem, vel viduam honeste viventem, etiam absque vi superauerit. Supponit ergo cum honeste vita stuprum unicum considerare posse. Secundò ex leg. stuprum 41. ff. de Ritu nuptiarum, ibi: stuprum intelligitur etiam in his mulieribus esse quæ turpiter viuerent, vel quaque quistum facerent: vbi notandum est turpiter viuere, & quistum facere idem esse. Tertiò ex vno actu non denunciatur quis honestus, vel in honestus, sicut neque prodigus, aur liberalis, sed ad prædictam denominationem adiuvum frequentia desideratur, ut pluribus exornat Sanch. dictio numero 41. Quarto luxuriosè viuere opponitur calè, & honeste viuere, ut de se confiat: at non dicunt luxuriosè quæ viuere ex solo vno actu fornicationis, ut superiori §. diximus, sed necessariis habitus, & coniunctudo turpiter viuendi desideratur. Ergo &c.

Seconda sententia, que vnica fornicatione contenta est ut legatum amittatur est Baldi, in leg. penit. in principio numero unio

Distinctionem vero Sanch. suis dictis parum consequentem nullatenus probandam censeo. Si enim unicus actus humiliori turpitudinis non sufficit ad excludendam conditionem casta, & honesta vita, cum tamen unica pollutio, vel fornicatio sufficiat, neque etiam plures multipliciter sufficiens erit. Quippe ob multiplicationem non reddit diversius aut distinctus, ergo si ratione sui non reddit commitemtum similitatem in honorenum, & impudicum, quia integrè, & perfectè non est castitati oppositus, sicut est pollutio, vel fornicatio, neque etiam multiplicatus reddit commitemtum similitatem in honorenum, & impudicum, cum nūquā integrè, & perfectè sed inchoatē tantum castitati opponatur.

21. Quæstio quarta. An legatum relictum sub conditione non transiunt ad secundas nuptias amittantur fornicatione, vel matrimonio irito, aut consummato? Breuiter respondeo fornicatione non amitti, qui sub abstinentia à secundis nuptiis non continetur abstinentia à fornicatione, alias videntes non nubere peccaret contra votum fornicando. Neque ob illa quod fornicatio magis contraria sit testatoris voluntati, quam nuptias, vt pote quæ magis caſtitati oponitut, magis que ipsum, & legatarium dehonestat, quia cum sub illis verbis abstinenti a nuptiis ea voluntas expressa non sit, censenda est mente retenta, ac proinde nullum effectum operari. Sic docet Nauarr. cap. 2.5. num. 6.5. Sanch. disp. 91. num. 4.2. aduersus Acolta in l. cum tale. §. si arbitriatu, in fine n. 2.5. Et 3. offide condition. Et demonstr. Zenedo collect. 1.5. ad decreta. num. 9.

Neque etiam matrimonio irito sine culpabiliter, sive ablique culpa contracto legatum prædiū amittunt, quia cum matrimonium iritum non fit matrimonium, sed solum matrimonij attentatio, ex illo verificari non potest sic contrahentem ad matrimonium transire, sed solum illius transitum procurasse. At conditio prædicta legati non procuratio matrimonij excludit. Ergo ob illam procuracionem, & attentionem legatum in foro conscientia amittendum non est. Fauq[ue] huic sententiae regula iuri. Non præstat impedimentum quod de iure non fortuit effectum, & axioma illud quod vitiōs factum est reputari debet, ac si factum non esset, iuxta leg. quoties, ff. Qui satadari cogantur. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re indicata. Et tradit Sanch. d. disp. 91. n. 4.3.

22. Neque item amitteret dictum legatum sponsalibus de futuro contrahitis, quia per sponsalia de futuro conditioni abstinenti a nuptiis propriè non contrahentur. Quippe sponsalia de futuro non sunt nuptias, sed nupiarum initium, & illarum obligatio. Et licet proximè accingendus reputari debet pro accincto, leg. si pecuniam, ff. de conditione ob causam, id solum habet locum in favorabilibus, & à iure expressis, sicut etiam dispositio in matrimonio censeretur debet in sponsalibus dispositum, iuxta leg. oratio, ff. de sp[iritu] alib. At cum iure non sit dispositum, quod sub conditione à testatore apposita abstinenti a nuptiis sponsalia concineantur, neque ea conditio favorabilis sit, sed potius odiosa, non est cui ad sponsalia excendatur, vt latè, & opimè probat Beroius, toto cons. 1. volum. 2. Simon de Previs de interpret. ultim. volunt. lib. 1. interpret. 1. circa legata, dub. 1.0. num. 1.16. Sanch. lib. 7. disp. 91. num. 4.4.

Nec denique videtur amittendum per matrimonium de presenti, quod consummatum non sit, quia ante consummationem non est à voluntate testatoris integrè recessum. Nuptias namque proprie non sunt, quoque matrimonium consummetur; sic docuit Sanch. num. 4.5.

23. Verum esti in foro conscientia non amittatur legatum per fornicationem, aut matrimonium iritum, at ex officio iudicis amittendum est in personam delicti, ne plus habeat luxuria, quam castitas. Et idem censeo ab sponsalia, & à fortiori ob matrimonium, merito enim priuari debet legato, qui voluntate habuit se illo priuandi. Neque his dissentit Sanch. d. disp. 91. n. 4.5.

24. Illud est certum legatum relictum viduæ, dum vidua fuerit nequam amitti, neque ex iudicio officio amitti debet ex eo quod Religionem profiteatur, quia Religio viduæ vita non obstat, sed potius sumiter conseruat. Neque professio Religionis delictum est, sed potius opus maximè laudabile, vt ob illius causam legato priuari debet. sic relato Baldio, Iason. & aliis docuit Sanch. num. 4.6.

25. Quæstio quinta quid dicendum sit de legato relicto coniugii ab alio coniuge, quando in eius domo, vel cum eius filiis habuerat, et in quaam transiunt ad secundas nuptias illud amittatur.

Et quidem legatum habitationis etiam absolute relictum vxori à vita, vel econtra transitu ad secundas nuptias omnino amittitur, eo quod prædictum legatum factum sit, vt legatarius habitatione ipsa defuncti memoriam conseruerit, quæ tamen secundis nuptiis ab eis ex vi tradit Greg. Lopez in leg. 2.1. verbo et e sua major, it. 3.1. p. 3. Perez lib. 5. ordina. it. 2. leg. 1. fol. 11.5. Sanch. lib. 7. disp. 91. num. 5.0. Et idem est dicendum, quando legatum factum sit coniugi superstiti, idem in domo coniugis defuncti persistit, quia eo legato procuratur

memoria defuncti retineri, cui secundæ nuptiæ obstant; hec docuit Bald. in leg. voluntatis. num. 10. Cod. de Evidentiis. Iafon. in leg. 1. num. 5. Cod. de legatis. Surdus de alimento, titul. 7. quest. 2.3. num. 2.2. quos refert, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 91. num. 5.1.

Si vero loquamur de legato relicto coniugi, quandiu cum 16 filii defuncti commoratus fuerit, grauior est dubitatio, an per transitum ad secundam vota pereat legatum? Affirmant perire tam legatum relictum vxori à marito, quād relictum marito ab uxore. Guilielmus Benedictus cap. Regnatus num. 17.0. verbo qui cum alia de Testamento. Ioann. Lupus leg. 15. Tauri. num. 5. Et ibi Castillo post princip. Gomez Arias leg. 1.3. Tauri. num. 5. Matien. lib. 5. recopilati. 1. leg. 3. gloss. 2. num. 18. & alii quos refert, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 91. n. 4.8. Dicuntur, quia sic legans intendit, vt filiorum educatio, & habitatio apud coniugem superstitem perpetua sit. At hæc impedirentur transitu ad secundas nuptias, liquidem coniux reddi subiecta malæ tractationis, & siq[ue] præberet sufficiens causa divertendi à matre denuò nuptia societate, ergo peit legatum.

Ceterum esti hæc sententia sit satis probabilis, probabiliorem existimo, quia affirmat ipso iure non amitti prædictum legatum, si coniux transiens ad secundam vota velit filios secum retinere, vt tradit Glossa in leg. cum tale, verbo sententia, ff. de conditio. Et demonstrat Bart. & Puel. lib. statim in principio. Salicet, leg. 1. num. 4. Cod. de legatis. Lata leg. si quis a liber. §. quis ex hi. num. 1.6. Et 197 ff. de liberis agnoscendis, & alii. Doctor, quia vir transiens ad secundam vota non amitti filiorum tutelan, nec educationem, mater vero esti tutelan amitti, non tam educationem, esti arbitrio Iudicis celiq[ue]ntur, ac conseruant in ea debeat, ut superius probauimus etiam ex sententia Sanch. Ergo ex solo transiit ad secundas nuptias non habent filii occasionem sufficientem à societate matris divertri, siquidem ipa illius honestatis, moris, & conditionis esse potest, quia sufficiens ornat ex secundis nuptiis evincat.

At autem decadentibus filiis mater prædictum legatum 13 amitterat. Difficiliter non caret, eo quod videatur legatum esse factum coniugi in favorem filiorum, vt ipsi recte educantur. Nihilominus satis probabile est retinere à coniuge possit, quia credendum est non adæquatum in filiorum favorem fuisse legatum factum, sed in beneficio coniugis, & ob illius contemplationem, id est ceſtante filiorum favore non cessat legatum, sicuti relato Garrow. Rub. Cod. de secundis nuptiis, p[ro]pria 1.5. num. 3.4. docet Sanch. disputat. 91. numero 4.9.

Hinc inferendum est legatum alieci relictum, quandiu 19 apud uxorem testatoris commoratus fuerit, transiunt ipsa ad secundas nuptias non perire legatum, tamen legatarius cum illa uxore non commortetur, quia testator intentio ei legato obligare legatarium, vt quantum in se est cum eius uxore vivat, at transiunte ipsa ad secundas nuptias cessat esse testatoris uxori, & reputatur uxori comparatione testatoris, & legatarius ac si mortua esset, ergo quāmuis legatarius cum illa non commortetur non est illi culpa tribuendam. Non igitur legatum amittere debet, sicuti multis compobat Simon de Previs de interpret. ultim. volunt. lib. 1. interpret. 1. circa legata. dub. 1.0. 5. quem refert, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 91. num. 5.2.

Quæstio sexta. An vir condens testamentum, & legans 10 uxori c[on]d[em]nata aliā ducat, debeatur, & legatum illud uxori posteriori. Manifestum est non debet, si lib nomine proprio legatum factum est, vt si dixerit, lego me coniugi Maria. Sic relato Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 12.2. num. 14. tradit Sanch. dicta disputat. 91. num. 8. Gutierrez cap. 11. de matrimonio 8. Limitat autem, & bene, nisi testator secundus uxori nomen prioris imposuitset, quia ea impossibile manifeste indicavit voluisse secundum loco prioris subrogari iuxta Textum in leg. filia. §. ult. ff. de conditio. Et demonstrat.

Si vero sub nomine appellativo legatum factum est, vt 11 lego uxori mea. Alij affirmant, alijs negant debet, prout referunt Couart. in cap. requisitis num. 3. de testam. Manica de coniectur. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 1. Et 2. Menoch. de presumptib[us]. lib. 4. presumpt. 12.2. num. 8. Et quidem si vir tempore condit testamenti coniugatus non erat certum debet esse legatum uxori postmodum assumptum debitum esse, nam cum uxori moritur debetum esse non posse; ne ea dispositio irrita sit, affirmandum est legare voluisse uxori alluendae: si tradunt Couart. & Manica supra. Sanch. dicta disputat 91. numero 19. At si vir coniugatus erat tempore conditi testamenti, quāmuis Menoch. n. 11. Et 12. satis probabili exibimet posteriori uxori legatum debet, quia testator in ea dispositione perseverans, cum eam renocare posset. satis indicavit voluisse secundum uxori applicari, maximè cum in casu dubio semper ea presumptio sumenda est que actum, & dispositionem testatoris sustinet, non vero que illum casum, & iritum reddit, probabilius est casum esse dispositionem, & uxori postmodum assumptam inde-

Disputatio IV.

bium esse legatum, ut docuit Sanch. dicitur disp. 91. num. 5. 9.
Gutier. de matr. cap. 111. num. 9. cum Courruu. & Mantica
super. Nam tempore conditi testamenti illud legatum referri
non poterat ad uxorem postmodum assumptam, quia illi testa-
tor neque affectus erat, nec dum illius cogitationem habe-
re poterat, postmodum verò nullum huius relationis indicum
dedit, pars perseverantia in priori actu potius huic re-
lationi aduersatur, quam fouter, quippe ea dispositio secundæ
vixi aptari nequit, nisi ex voluntate testatoris ex prima in-
secundam uxorem subrogatio fiat.

Temperat autem hoc doctrinam Barbosa in leg. diuinit. §. 8. num. 10. ff. solato matrimonio, quem sequitur Sanch. d. disp. 91. num. 60. ne procedat in legato alimentorum, seu alio quoque vixi favorabili, quia concurrente duplice fauore licet vicim voluntatis, & rei legare præsumendus est testa-
tor secundam uxorem loco prioris subrogare voluisse. Et plau-
cat hæc limitatio.

¶ Quæsto seprima, quibus conferendum sit legatum annuum
maritandis feminis relictum?

Esi Ripa, Decius, & Sylvestrelati à Sanch. dicitur disp. 91. numero 54. videantur sententie feminis secundo nubentibus
conferri hoc legatum posse. At longe verius est, & omnino
tenendum solis feminis primò nubentibus esse conferendum,
quia ea testatoris verba de solis primis nuptiis intelligi debent. Arg. leg. boves §. hoc sermone ff. de verbis significari, ibi: hoc
sermone, dum nuptia erit, prima nuptia significantur. Et ibi Ti-
raquel plures referuntur. Et docuit Bartoli. In proximo de-
cretal. num. 25. Guilelm. Beudict. cap. Raynulus. verbo qui
cum alia. num. 79. de Testamento. Mantica. de coniecturis ultim.
volum. lib. 8. tit. 5. num. 21. Gutier. de matrim. cap. 111. num. 7.
Sanch. alii relatis disp. 91. num. 5.

Hanc doctrinam Sanch. qui Gutier. adhæret variis modis
temperat; primò ne procedat in vidua, nam prius matrimoniu-
mum non consumauit, nam comparatione huius secundæ
nuptiæ primæ consenser debet, nam nuptiæ que consummatæ
non sunt nuptiæ integræ, & perfectæ non appellanuntur. Secun-
dòne procedat in vidua, cuius prius matrimonium irru-
xit, quia præstare non debet impedimentum quod de iure
non fortuit effectum, neque illa vidua secundò nubet, cum
prima nuptiæ, ut pote, irrite, nuptiæ non sunt. Tertiò tem-
pore cuius nullæ essent feminæ aetate nubiles, nam cum
hoc legatum posito quod persona determinata factum non
sit exigua necessitas, ut persona, cui est concedendum habi-
bitis ad matrimonium, in cuius fiorem conceditur ex com-
muni sententiæ tradit. Bald. In leg. sancimus in fine Cod. de nu-
ptiis. Gart. Rub. Cod. de secundis nuptiis. num. 5. deficitibus
illis feminis viduae concedi potest ex verosimili testatoris
mentem, opus pius differatur. Quod si legatum certæ per-
sonæ factum sit, quia tamen duodecimum annum nastra non
est alteri applicari nequit, quia testator eam personam deter-
minat de lignatione legati tradendi consentit. Quippe
legatum, quouique femina nuptiis apta sit concedi non de-
bet, quia non virget causa, ob quam factum est, ut bene docet
Mantica lib. 1. de coniecturis. ultim. volum. tit. 2. num. 5. Sanchi
disp. 91. num. 62.

Feminis autem iam maritatis etiam pauperibus legatum
pro feminis maritandis non videtur concedi posse, quia de-
ficit finis testatoris, quippe testator legato intendit, ut fe-
mina defecit doris iunctuæ sit, neque earum pudicitia per-
cliteret, qua ratio in feminis maritatis cessat. Atque ita su-
stinet Bald. In leg. fin. num. 21. Cod. de sentent. que si certa
quant. lalon leg. quominus. num. 133. vers. quinto pro eadem
parte ff. de fluminib. Perez. lib. 5. ordinan. titul. 2. leg. 1. vers.
dubium est. Sanch. dicitur disp. 91. num. 64. Gutier. cap. 111.
num. 10.

¶ Verum si hoc legatum certæ personæ, ut in matrimonium
collocaretur relictum sit, ipsaque viuo testator, ipsaque
ignorante nuplerit, censet Mantica de coniecturis. ultim. volum.
lib. 12. titul. num. 13. legatum perire, quia deficit finis, ob
quem est concessum. Secus vero (inquit) si conscientia testatore
nuplerit, quia ex eo quid testamentum non mutatur, cum
potest præsumi voluntate legatum illud pueras conferri
onere contraactat matrimonio sustinendis. Sed rectius loan.
Lop. capit. per vestrum de donatione, inter vir. & vix. notab. 3.
§. 10. numero 6. Sarmiento lib. 2. select. capit. 1. numero 10. Ti-
raquel. tract. cessante causa limitat. 18. in fine. Spino speculo
testamentorum. glos. 14. princip. numero 12. Zecallos. in fus q.
præc. q. 18. à numero 6. Gutier. cap. 111. numero 11. Sanchez
alii relatis disp. 91. numero 65. affirmant siue scientie, siue
ignorante testatore feminae hac nuplerit posse illi legatum
prædictum conferri quia non extinguit legatum, sed potius
illud firmat conditionem legati impletam esse. Argum. leg.
fiam. fia 11. ff. de conditionib. & demonstrat. & pluribus exor-
nat Courruu. cap. officij num. 20. de testamento. Neque finis le-
gati præcipuis censendus est in praesenti deficeret. Hinc
namque est testatorem se benevolum animum, & bene-
factorem illius feminam ostendere qui post matrimonium
contraactum adhuc perseverat. Quinimo existimat Sanchez

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Punct. XIV. §. I.

161

num. 66. quem sequitur Gutier. num. 11. legatum relictum con-
sanguineis maritandis esti dari non possit maritatis tempore
testamenti, ut potest quod incertis personis relictum sit, bene
tamen dari posse illi, quæ mortuo testatore nuplerint, quia ab
eo tempore ius aliquale in predictum legatum habent, neque
omnino incertis personis relictum est, sed aliquo modo cer-
tis scilicet consanguineis, in quas suum affectionem, & volun-
tatem ostendere testator potest.

P V N C T V M X I V .

De impedimento impotentia.

§. I.

Quid, & qualis sit impotentia ad matri-
monium?

1. Impotentia ad copulam est impotentia ad penetrandum vas
fæminæ.
2. Multiplex est impotentia.
3. Variant Doctores, An impotentia, qua vincit nequit absque
probabilis pericolo grauus morbi sit perpetua?
4. Communis sententia, Et amplectenda afferit solam eam
impotentiam, qua absque peccato, vel morte corpora-
li, aut illius graui periculo vincit non potest, esse perpe-
tuam.
5. Si iudicio Medicorum impedimentum remoueri possit absque
graui periculo opus humanum, & licitum non con-
stituti impotentiam perpetuanam.
6. Examinatur quæsto, An feminæ nupta, cuius arctitudini ex
Medicorum iudicio subveniri potest absque graui vita & pe-
riculo obligata sit, & scissuram pati?
7. Resolutur feminæ licitum esse scissuram pati, quoties absque
periculo corporali eam sustinere potest.
8. Deinde feminæ, que nullam in se specialem arctitudinem
habet obligata non est scissuram sustinere, tametsi absque
vlo incommodo possit.
9. Verum si feminæ præ ceteris acta sit, Et conscientia huius arcti-
tudinis contrahat cum eo quod illius est ignorans, probabilitas
reputo obligatam esse scissuram pati, si absque graui sua
salutis detrimen. sustinere possit.
10. Feminæ nunquam obligata est hanc scissuram à viro Medi-
cina inconsultis pati.
11. Feminam, qua ob eius arctitudinem non potest à viro agno-
ci, id est à eius consilio separata fuit, si postmodum
probatum fuerit ab alio cognitam fuisse, affirmant plures
reddendam esse priori viro nullo laboranti impedimento
frigiditatem, vel maleficium.
12. Sed rectius alij censent ex eo factio non sumi sufficientem pre-
sumptionem, quod potuerit à viro cognosci.
13. Non est impotentia perpetua ad matrimonium, esto feminæ
sciat concipere non posse absque manifesto periculo vita,
vel sui, vel prolixi.

Impotentia ad copulam est impotentia ad penetrandum vas
fæminæ, & semen generationi aptum intra illud ef-
fundi; qua impotentia provenire potest à natura, tam ex
parte viri si fuit nimis frigidus, aut calidus, quam ex parte
fæminæ fuit nimis arcta vel prouene potest ab extrinseco,
vt ex castratione, vel maleficio.

Deinde hæc impotentia alia est absoluta comparatione
omnium fæminarum, alia recipienda comparatione huius,
vel illius feminæ. Rursus alia est perpetua, alia temporalis:
perpetua est, quæ absque peccato, vel corporali periculo tolli
non potest per opus humanum, vt expressè à contrario sen-
tientiam diuerti per errorem licet probabilem inquinum esse prola-
tam. &c. Ex quo Texu Doctores communiter colligunt
impotentiam, qua solo Diuino miraculo remoueri potest
perpetuam esse; quia miraculum cum sit præter rerum natu-
ram expectari nequit, nequidem comprobari, sicut pluribus
comprobat Sanch. lib. 7. disp. 93. numero 8. Gutier. de
matrim. cap. 112. numero 22. Deinde colligunt impoten-
tiam, quæ absque peccato tolli negat perpetuam esse quia
id possimus, quod iure possumus. Cum autem peccatum iure
facere non possimus, nequaque est possibile illud impe-
dimentum remouere, vt pluribus comprobatur Sanch. d. disp.
93. num. 9. Gutier. d. cap. 112. num. 23. Coninch. disp. 31. dub. 7.
num. 76. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 11. nu-
mero 1.

Sed quid nomine corporalis periculi intelligatur, an
mors ipsa, an illius periculum, an etiam periculum grau-
is morbi? variant Doctores. Aliquis placet impotentiam,
qua vincit nequit absque probabili periculo grauus morbi esse

O 3 pyp

perpetuam. Nam esto in dicto cap. Fraternitatis videatur periculum mortis exigi, inquit enim Textus: *Violentia inferatur non solummodo tenis, sed etiam gravis, ut ex ea mortis periculum timeatur.* Ergo cum ex graui morbo hoc periculum mortis evenerit, si timeatur graui morbus, etiam mors timeri debet, & consequenter impotens, quae vinci non potest absque graui morbi pericolo perpetua confenda erit. Si Henr. de matr. lib. 12. c. 7. n. 6. Vegat. 2. sum. cap. 34. cap. 111. Alij vero sustinent solam eam impotentiam, quae absque peccato, vel morte, nequit tolli esse perpetuam, nam quae cum periculo mortis collitur superflite persona, quae erat impotens dici non potest perpetua, quidem ipso facto probatum est durante viâ tolli posse. Sic Innocent. in dicto cap. Fraternitatis. à num. 1. & seqq. Ioann. Andreas ibi num. 16. Anton. de Butrio num. 22. & 13. Anchart. n. 16. q. 2. Cardinal. num. 5. Praepos. n. 18. & 20. & alij relati à Sanch. lib. 7. disp. 9. num. 16.

4 Communis tamen sententia, & amplectenda assert solam eam impotentiam, quae absque peccato, vel morte corporali, aut illius graui periculo vinci non potest esse perpetua, quia periculum graui morti aqualet. Qua vero absque periculo graui morti superari non potest, perpetua confenda est, si morbus ille mortis periculum inducat, secus vero si solam grauem molestem, & doarem: sic Glossa communiter recepta in dicto cap. Fraternitatis, verbo corporali, Gregor. Lopez, leg. 2. c. 8. part. 4. verbo fin. peligro. Mathei. lib. 7. recopilat. tit. I. Ruth. 1. off. 1. num. 97. Sanch. pluribus relatis lib. 7. disp. 9. num. 18. Gutierrez. de matr. capitulo 112. numero 28. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 11. num. 1.

5 Ex his inferunt, si iudicio Medicorum impedimentum remoueri possit absque vita periculo per opus humanum, & hacten, tametsi patiens impedimentum renuat curacionem, in modo nec tantum illam sustinere non est confendum illud impedimentum perpetuum, quia impedimenti perpetuas non pender ex voluntate patiens impedimentum, neque ex eo quod tollatur, vel non tollatur, sed ex eo quod spectatā rei naturā tollitur, vel non tollitur, possit absque vita periculo, vt docuit Paludan. in 4. d. 3. 4. qu. 2. art. 2. consil. 2. num. 3. D. Antonin. 3. p. 5. 1. cap. 12. 8. 1. Dominic. Sotus in 4. d. 3. 4. 9. *onica articul.* 2. vers. sed nisi, & alij plures, quos referit, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 9. num. 15. Quando autem Medicus dubius fuit, an ex medicamentis apponendis ad remouendam impotentiam periculum mortis subsit, confendum est subesse, vt recte cum Petro de Lodesm. aduerit Sanch. d. num. 13. Gutierrez. de matr. cap. 112. num. 7.

6 Supereft tamen tripes graui questio. Prima, An femina nupta, cuius arctitudini ex Medicorum iudicio subueniri potest absque graui vita periculo, ut apta viri congregari reddatur obligata sit scissuram pati? In qua questione distinguendum est, an femina præ ceteris arcta sit, ob cuius arctitudinem à vita nequit cognosci? an vero ex parte sua nullam præ ceteris arctitudinem habeat? Si præ ceteris arcta sit, teneant plures relati à Sanch. lib. 7. disp. 9. num. 31. obligatam esse scissuram pati, quies absque graui periculo moris indicatur fieri posse. Nam cum illud matrimonium validum sit, & ex matrimonio obligatio ad copulam oriatur. Hac autem esse non possit absque scissione, videtur obligata scissuram sustinere. Quando vero femina nullam speciem arctitudinem habet præ virgineum claustrum, censet Petrus de Ledesma, tract. de matr. quip. 18. art. 1. circa finem non esse feminam obligatam pati scissuram, aut aliam curacionem subire, tametsi absque graui incommode eam sustinere possit; quia per ipsam non sicut quominus debitum reddit. Non igitur ipsi, sed viro penes quem est defectus sunt medicamenta adhibenda. Sanch. vero lib. 7. disp. 9. num. 32. & 34. plures referens sententiam suam præ ceteris arcta sit, sive non, obligatam esse scissuram pati, quando absque periculo graui infirmatis fieri potest, tametsi non absque graui mollescit, & dolore, hic enim videtur sustinendum, ut obligationi coniugali fiat facias.

7 Ceterum in hac re dicendum primò est aduersus Bald. lib. 7. cap. 62. feminae licet esse scissuram pati, quies absque periculo corporali eam sustinere potest, quia licet est naturali iugare ad alium honestum, viri omnes Doctores supponunt de hac questione tractantes, cum inquirant, an obligata sit.

8 Secundo dico, femina, quae nullam in se speciale arctitudinem habet ut viro cognoscatur præ virgineum pudorem, obligata non est scissuram sustinere, tametsi absque vilo incommode eam sustinere possit, viri docuit Petri de Ledesma supervisus relatus, & Gaspar Hurtado disp. 22. difficult. 7. Et Basil. Ponce, lib. 7. de impedimento. cap. 62. à num. 2. Mover, quia coniux in matrimonio corpus suum alteri coniugi tradit ad vium coniugalem, prout à natura destinatum est, at natura non destinat aperiendum claustrum virginis in ordine ad coniugalem viam fieri debere alio medio quam viri pudendo, quinimo omnem alium modum viri extraordinarium natura abhorret, ergo non tenetur femina illo ut.

Tertio dico, si femina præ ceteris arcta sit, & conscientia habens arctitudinis contrahat cum eo qui illius est ignatus probabilis reputo obligatam esse scissuram pati, si absque graui sua salutis detrimento eam sustinere possit, in quo communis sententia alcentior. Duxor quia sic contrahens virum decipit non manifestans ei illam difficultatem, quam ipse presumere non tenebatur. Ergo ratione illius deceptionis obligata est ex medicamenta sustinere, quæ virgineum claustrum disponant æquè apum congregata, ac est claustrum ceterarum forminarum. Factor tamen hanc obligationem raro contingere posse, cum viri possit euenire, quod femina sciat se praetercedat esse, eiusque arctitudinem à viro sperari non posse, ideoque censorio vel nunquam obligandam efficit scissuram sustinendam, cum ipsa per maximorum viri corporis suum tradidit aperiendum, non chirurgo. Et forte ob hanc causam nunquam iura statuerunt in litibus laboris de impotencia virgineum claustrum aliquo artificio retraeti, sed solum triennale habitationem concedunt signum ego est nullam huius medij esse obligationem.

Illud vero certissimum est etiam in doctrina Sanch. lib. 7. disp. 9. num. 29. feminam obligatam non esse hanc scissuram à viro Medicis inconsultis pati, sed illo tentante eam praestare ligno, ferro, digitis, alijs instrumento posse ab eius conforto fugere, quoque huius violencia fecundari faciat. Quippe viro datum non est portare virgineum alio instrumento, quād sui pudore referatur, maximē cum ex hac reservatione non leue damnum salutis femina pati possit, periculumque sit, ut facta reparatione adhuc commiseri vito non possit.

Secunda quæstio, An femina, quae ob eius arctitudinem non potuit à viro cognosci, id est ab eius conforto separata sit, si experientia teste probatum fuerit ab alio cognitum suū sibi debet priori viro reddi, qui nec frigiditate, nec maleficio laborabat? Affirmat Innocent. in dicto cap. fraternitatis. à num. 1. & seqq. Et ibi Hostiens. num. 7. Alexand. de Novo afferens communem num. 17, quia eo facto videtur sufficiens comprobari potuisse à priori viro illam arctitudinem superari, ac proinde validum fuisse inter illos coniugium. Sed rectius Abbas in d. cap. fraternitatis. n. 2. & 3. & ibi Glos. 15. fa. verbo similis, & alij plures, quos referit, & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 9. num. 13. & seqq. Gutierrez. cap. 112. num. 26. certe non ex eo quod à secundo viro cognita fuisse conclusivum præsumptum esse priori similiis, & consequenter potuisse à priori cognosci, ut viri tradidit in d. cap. Fraternitatis ibi. Sententiam diuinitatis per errorem liceat probabilem nosimus iste loquuntur, cum patet ex postfacto quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili comparetur.

Tertia quæstio, An censeatur impotens perpetua ad matrimonium, si femina sciret concipere non posse absque matrimonio pericolo vita vel sui, vel prolis? Ratio dubius est, quia scissante eo pericolo femina est impossibilis copula, cum non possit ei absque peccato vacare. Ergo nequit obligationem ad copulam subire, quia est matrimonii essentia. Sic docuit Henr. alias plures referens. lib. 7. disp. 9. n. 17. & 28. Gutierrez. 112. num. 17. Coninch. disp. 1. dub. 7. num. 96, affirmat eam impotenciam perpetuam non esse, quia solum est impotens pro tempore, quo femina apta est conceptioni, cum auctem euenire possit tempus sterilitatis coniunctur manefestum impotentiam perpetuam non esse. Non enim requiriunt ad matrimonium, ut conjuges se obligent ad redditum debitum quousvis tempore. Satis enim est, si se obligent ad redditum debendum, cum legitimum impedimentum ab sit, alias contrahens morbo affectus, quo à debiti redditione excusat diceretur impotentiam ad contrahendum perpetuam bastuisse.

S. II.

Quæ impotens impedimentum sit matrimonij contrahendi?

1. *Impotens perpetua, & absoluta viae famineum penetrandi, ibidemque semen effundendi de se generationi apum, & impedimentum dirimens. Sicut si hac impotentia temporis sit.*
2. *Aliquis placet esse necessarium, quod femina seminare valeat, sed non approbat.*
3. *Steriles opimè possunt matrimonium contrahere.*
4. *Senes decepti capaces sunt matrimonij contrahendi, si natura vel arte calere possint.*
5. *Senex adeo exhaustus, ut iudicio Medicorum iuvari non possit.*

- ad copulam habendam apud non est matrimonio contrahendo, et plures Doctores contrarium sentiantur.
 6. Infirmus cuius satis desperata est, et capax est matrimonij contrahendi.
 7. Hoc matrimonium habet vim legitimandi prolem suscepitam.
 8. Si impotens non sit perpetua, sed temporalis, impedimentum non praestat matrimonio contrahendo.
 9. Si ea impotencia temporalis dura duratura est, illius conscientia peccat mortaliter, si alteri coniugi suam impotentiam non manifestetur.
 10. Impotencia sua temporalis, siue absoluta, superueniens matrimonio contracto neque illud dissolvere.
 11. Si superueniens impotencia verum semen effundendi, non impedit debiti petitionem, et redditio matrem. Secus si impotentia sit seminandi extra vas.
 12. Si stimpotencia superueniens non sit copula, sed generationis non est obligata mulier reddere, tamen possit reddere, et petere.

Certa sententia est ferè omnium Doctorum, impotentiam perpetuam, et absolutam vas femininum penetrandi, ibidemque semen effundendi de se generationi aptum, esse impedimentum dirimens matrimonij contrahendi. Secus veluti hæc impotencia temporalis sit, aut matrimonio superueniens. Conflas ex cap. 2. & cap. Fraternitatis. & alius de Fribig. & maleficiis. Et ex leg. regia 17. iiii. 2. part. 4. & leg. 6. iiii. 8. eadem part. Ratio prioris partis est manifesta. Nam cum per matrimonium coniuges haunt vna caro, hoc præstare nequeunt altero impotente coire. Quapropter vir vas femininum penetrare nequeat, tametsi in illius introitu semen virum effundat, censeri debet impotens ad matrimonium, quia illa seminatio per se non sufficit, vt coniuges hanc vna caro, tametsi aliquod per accidens virtute naturali matricis aliqua pars feminis intromittantur. Præterea illa seminatio per se illicita est, quia est seminatio extra vas, ergo potentia ad sic seminandum impotens confenda est, cum non sit potentia ad actum honestum, & licitum. Si autem vir potens sit vas femininum penetrare, impotens tamen effundere semen per se generationi aptum, nequaquam matrimonio contrahendo aptus est, quia nequit se obligare ad copulam; ex qua vna eato fane, iuxta illud Genes. 1. vbi habetur *Erunt duo in carne una. Ob quam easam Sixtus V anno 1587. definit Euangelios utique testiculo carentes iure natura incapaces esse matrimonij contrahendi; nam esto valeant vas femininum paterantes non tamen possunt emittere semen, quod per se generationi aptum sit, vt latius innumerous referens docet Sanch. lib. 7. disp. 2. num. 7. & seqq. Gutierrez. lib. 1. canon. 99. cap. 16. num. 15. & de matr. cap. 112. num. 7. Coninch. disp. 21. dub. 7. num. 76. Paul Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 11. n. 1. Galpar Hurtado. disp. 22. difficult. 3. num. 7. & difficult. 5. per rectum.*

Quod si vir potens sit vas femininum penetrare, & intra illud semen ex se generationi aptum effundere, quamvis aliqui Doctores, qui omnes meminiunt Sanch. statim referendum, quibus Gaspar Hurtado, d. difficult. 5. in fine adhuc, si super requirent, vt feminina seminare valeat, vt matrimonium inter ipsos contractum reteat; longe verius est eam potestim necessariam non esse, vt tradit Sanch. dicta disp. 22. num. 9. seminandi Gutierrez. lib. 1. can. 99. cap. 16. n. 16. & de matr. c. 112. num. 8. Nam est semel multier generationi valde conferat, simpliciter ramen necessarium non est, & saltum negari non potest id esse dubium: at in casu dubio pro matrimonij valore ferenda est sententia iuxta Textum in cap. fin. de sentent. & re indicata.

Ex his deducitur quid dicendum sit de matrimonio senum, & sterilium? Et quidem steriles non posse verum matrimonium contrahere docuit Iason. conf. 115. num. 1. volum. 1. Felix. in cap. cum fit. num. 15. vers. de numeris scire de foro competenti, eo quod impotentes sunt copula generationi apta, ad quam tangamus ad finem primarii matrimonium refertur. Sed contrarium tanquam omnino certum tenendum est cum D. Thopassum ab omnibus receptio in 4. dis. 34. gen. 2. 1. Barbofater. 1. par. 1. num. 9. ff. soluto matr. Sanch. lib. 7. disp. 21. à n. 24. Gutierrez. de matr. c. 112. num. 16. quia steriles valentes semen effundere vna caro efficiuntur, nam est ex illo feminis generatio neque euenire, id non est seminis natura, quae euenient rationis est cum natura aliorum femininum generationem inferentium, sed ex speciali qualitate, & temperamento subiecti, ac proinde matrimonij valoribz obstat non potest. Neque refert quod finis primarius matrimonij frustratur per accidens, quia non est speculum, quod per accidens contingit, sed quod per se ex illa copula euenire potest. Adde matrimonij finem non sile tantum prolixi generationem, sed copulam remedium per copulam de se generationi sufficiem, qui finis in sterilibus obtinetur.

Quoad fenes de crepitos attinerim potest esse ad matrimonium contrahendum afferuit Portius in pr. inst. de nuptijs,

column. 4. ad finem in vers. in fine glossa. Et dubius manu Ant. Gomez leg. 9. Tauri. num. 57. in fine. Et probable censuit Henr. lib. 12. de matr. cap. 7. num. 3. in comment. lit. X. eo quod incepti videantur ad copulam generationis aptam. Sed longe verius est, & omnino tenendum capaces esse matrimonij contrahendi, si natura, vel arte calere possint ad coitum, quia eis ipso fieri possunt via caro, ex qua generationis per se sequi possit. Vix enim repenerit vllus adeo senex, qui aliquando natura, vel saltem medicina arte non possit ad copulam excitari, ut trid. Glosa in cap. nuptiarum 27. q. 1. verbo in quibusdam Tiraquel plures referens in leg. 6. conuersi. gloss. 1. par. 6. num. 19. idemque Ecclesia nullus senes à matrimonio contrahendo reicit. Atque ita docet S. Thom. in 4. d. 3. q. 1. q. 1. artic. 2. ad 3. Courtrui. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 10. Mantica de context. ultim. volunt. lib. 11. tit. 3. Declaras in reg. 350. limit. 1. Rodriguez. 1. q. 9. regul. q. 13. art. 1. Gutierrez. cap. 12. de matr. num. 13. Sanch. alii relatis disp. 92. num. 19. & seqq. In foemini autem certissimum esse debet ob senectutem non esse crescentis impotentes ad matrimonium, siquidem earum frigiditas non impedit seminis virili receptionem, vt docuit Sylvest. verbo Matrimonium. 8. q. 16. dicto 4. Barbosa in leg. 1. par. 1. n. 97. ff. soluto matr. Anton. Cuchus. lib. 5. inst. maiorat. tit. 12. num. 262. Sanch. dicta disput. 92. num. 22. Gutierrez. a. cap. 112. num. 14.

Quinimo senem adeo exhaustum, vt iudicio Medicorum iuvari non possit ad copulam habendam, graues Doctores, nempe Taberna verbo impedimentum. impedimentum 12. q. 3. num. 4. Nauar. lib. 4. confitit. de spou. alib. conf. 39. num. 15. & 18. alias tit. de desponsi. impul. conc. 4. num. 1. & 18. Man. Rodriguez. in sum. 1. rom. cap. 2. 3. 5. conc. 5. num. 1. Vega 2. rom. sum. cap. 3. 4. cap. 6. 1. quibus suis Anton. de Butrio in cap. 2. num. 5. & 17. rigidis. & maleficiis. Iason in leg. sed est quasitum. num. 1. ff. de liberis. & posthumis. Roland à Vale de lucro dotti. q. 10. 3. num. 1. 7. 1. 9. tract. diversor. in nouis. censent capacem esse matrimonij contrahendi, quia saltem habitu retinet potentiam iusta vas feminindi, tametsi actu & per accidens ob senectutem ea priuatis sit. Sed rectius contrarium probat Abbas in c. 2. de Fribig. & maleficiis. num. 5. Et ibi Ianovent. num. 1. vno. Ancharran. num. 1. Hostien. in fine. Praeposit. num. 4. Alexander. Neu. num. 4. Glosa in leg. sed est quasitum. 6. verbo ne atas. ff. de liberis. & posthumis. Et additio. Glosa in leg. sanctiss. verbo hominis. Cod. de Nuptiis. Greg. Lopez. leg. 1. tit. 8. par. 4. in fine. Matrea. Rubrit. 1. lib. 5. recopilat. gloss. 1. num. 192. Anton. Cuchus. lib. 5. inst. maiorat. tit. 12. num. 257. Gutierrez. canon. 9. lib. 1. cap. 16. num. 13. & de matr. cap. 112. numero 15. Barbosa leg. 1. part. 1. num. 94. ff. soluto matr. Sanch. lib. 7. disp. 92. num. 23. Paul Layman. lib. 5. sum. tract. 10. part. 4. cap. 11. in fine. Bitemni huicmodi feni copula est impossibilis, ergo nequit ad illam obligari. Ergo impotens est ad matrimonium contrahendum, de cuius essentia est obligatio natura ad copulam. Nec refert, an haec impotencia à natura, an ex accidenti potuerit, ex quoconque enim capite oritur reddit subiectum incapax matrimonij contrahendi, vt potè quod ad copulam obligari non potest.

Hinc oritur gravis disperclus. An infirmus cuius salus defera: a est capax si matrimonij contrahendi. Videtur namque in capax esse siquidem in eo statu est constitutus; vt nullam medicina arte iuvari possit ad copulam habendam. Hoc est utrum impotens perpetua, ac proinde subiecte non potest obligacionem à matrimonio requiri. Contrarium ramen vlt. & consuecum Ecclesia probatum est, & communis Doctorum sententia teste Courtrui. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. num. 10. Sanch. lib. 7. disp. 10. 5. num. 3. Basil. Once lib. 7. cap. 6. 5. n. 7. Gutierrez. cap. 18. n. 1. Coninch. disp. 3. 1. dul. 7. num. 88. Paulo Layman. tract. 10. par. 4. cap. 1. num. 6. Qui a moribundus est ob vehementem am morbi impedius sit à copula habenda, ac illius potentiam integrum haber. Quod si vi morbi potest defraude estet (quod nunquam præsumitur) eo calu incapax estet matrimonij contrahendi.

Quinimo hoc matrimonium habet vim legitimandi problemata ante suscepimus, vt aduersus Baldum in leg. eam quam num. 27. Cod. de fiduciocommiss. asservat Tiraquel. in leg. si unquam verbo suscepit num. 73. Cod. de rebus. and. domini. lib. Courtrui. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 2. num. 10. Anton. Cuchus lib. 5. inst. maiorat. tit. 1. num. 138. Gregor. leg. 1. tit. 1. part. 4. verbo se eas a coela Gutierrez. in repetit. §. sui. num. 1. 6. inst. de heredum quasit. & differ. & de matr. cap. 118. num. 1. Thom. Sanch. lib. 7. disp. 10. num. 4. & seqq. Et probat Textus in cap. canta, qui pñs sunt legit. vbi haec vis legitimandi prolem conceditur matrimonio vero, quale hoc esse necessarium concedendum est. Haec autem legitimatio vi potè vera, & absolute vim habet excludens substitutum vocatum sub conditione, si institutus absque liberis legitimis deceperit, quando non probatur animo fraudandi substitutum matrimonium contractum esse, vt aduersus Angelum in leg. nuper. n. 3. Cod. de natur. liberis. affirmat plures referens Gutierrez. in repetit. §. sui. 169. inst. de heredum qualit. & different. & de matr. cap. 118. num. 3. Sanch. lib. 7. disp. 105. num. 7. & 8. At si animo fra-

dandi, seu excludendi substitutum probatum fuit matrimonium esse contractum in articulo mortis, est legitimo reneat; communis ergo sententia doceat non esse excludendum substitutum, ut constat ex his quae referunt Gutier & Sanchez locis allegatis. At fatus probabile est, & forte verius substitutum exclusum esse. Quippe nequit dici fraudem committere aduersus substitutum, qui iure suo vitetur, facitque actum honestum, & a iure sibi permisum. Praterea iniqua intentio patris contrahenti matrimonium non debet priuare filium hereditate ob legitimationem sibi proueniente, cum verus legitimus sit, & hæreditatem non a patre, sed ab inistruente accipiat, ut docuit Sanchez libro 1. selectar. cap. 6. numero 8. Menchaca libro 3. contrauers. vñ frequent. capite 4. numero 1. Iohannes Garcia de nobilit. gloss. 21. numero 59. & intrad. de hypotheca post contractum. num. 14. Spino in speculo testamenti glossa 15. in princ. numero 106. Molin. tom. 1. tractatu 2. disp. 172. ad suam. Sanchez libro 7. disputatio 105. numero 10.

8 Verius si impotens non sit perpetua, sed temporalis impedimentum non praestat matrimonio contrahendo, ut tradidit D. Thom. feret ab omnibus receptus in 4. dist. 34. quaf. vn. art. 2. in corp. Petrus de Ledesim. quaf. 58. art. 1. in difficult. princip. paulo ante solutionem argumenti Rodrig. 1. tom. summ. capite 235. numero 1. Sanchez disp. 92. numero 4. Gutierrez de mar. cap. 112. numero 3. Coninch. disp. 31. dub. 7. numero 78. Paul. Layman lib. 5. summ. tract. 10. par. 4. capite 11. numero 1. & 2. & alij apud iplos. Quippe impotens pro aliquo tempore, & non in perpetuum absolutè potens est, potest ergo absolvitur obligari ad copulam habendam.

9 Si tamen ea impotentia temporalis diu duratura sit, illius conscius matrimonium contrahens peccabit mortaliter, si alteri coniugi suam impotentiam non manifeste ob grauem deceptionem, & iniuriam, quam illi irrogat vñ coniugali priuans, quem ipse putabat expediri habere, ut bene probat Sanchez. lib. 7. disp. 92. numero 5. Gutierrez de mar. cap. 112. numero 4.

10 Quod si impotens sit temporalis, sive absoluta matrimonio iam contracto superuenient, nullatenus illud disloqueretur potest, tametsi consummatum non sit, quia matrimonium ratum sola professione Religionis solvit, ut contra Gratianum, & alios ex communi sententia docet Sanchez disp. 102. à numero 3. Gutierrez de mar. cap. 116. num. 1. Et probat Textus in capite si quí 32. quaf. 7. Et in cap. 5. vñ xrom. 32. quaf. 7. Quibus non obstat can. quod. propoñit, eadem causa, & q. Et cap. ex litteris de Frigidis, & maleficiis. Vbi ob impotentiam conceditur licentia transeundi ad alia matrimonium, quia intelligi debet de impotentia matrimonium antecedente, non subsequente.

Dificultas est, qualiter haec impotentia superueniens matrimonij vñ impedit?

11 Cui dificultati dicendum, si superuenientia impotentia verum semen effundendi, ut quia vir post matrimonium vtroque testiculu orbatur, non impedit debiti petitionem, & redditio nem, ut bene docuit Toler. lib. 7. summ. capite 12. numero 4. quia per accidens contingit non posse verum copulam coniugalem habere, verumque semen effundere. At si impotentia sit seminandi intra vas ob imbecillitatem viri, vel feminæ artiūdinem, aliavm caufam non prohibet his coniugibus tactus, oscula, & amplexus absque pollutionis periculo, uti docent omnes. Imò nec copulam coniugalem, dum certi non sunt semen esse extra vas effundendum. Quare quoties spes aliqua subest intra vas seminandi, toties poterunt ad copulam conari, tametsi videtur sapere extra vas semen effundi, siquidem procurant rem licitam, scilicet copulam coniugalem, quam sibi esse possibilem credunt: uti colligitur ex cap. laudabilis de frigidis & maleficiis, vbi triennium conceditur ad inuestigandam potentiam. Sicut Sanchez. lib. 9. disp. 17. numero 20. Nauat. cap. 22. num. 60. & in cap. consideratio de poni tent. disp. 5. num. 48. Henr. lib. 1. cap. 15. num. 4. Laym. lib. 5. tract. 8. par. 4. cap. 11. num. 4.

12 Quod si impotentia superueniens non sit copula, sed generationis, eo quod mulieri consuet fœtus semper mortuus parere, aut se manifesto vita periculo exponi si concipiatur, ex Medicorum iudicio non videtur obligata reddere, quia nemo tenetur debitum alteri solvere cum tam graui fui, prolixe detimento. At petere, & reddere ei licet, quia ob vitandum incontinentia, & salutis animæ periculum iustè periculum corporis sustinere potest, maximè cum hoc periculum non sit ita certum; non enim certum est problem ex copula esse fulsipendam, & casu quo fulsipendatur esse in partu periclitaturum: ut bene Sanchez. lib. 7. disp. 10. num. 8. & 11. Coninch. disp. 31. dub. 7. num. 87.

§. III.

An impotentia respectiva impedimentum sit matrimonij contrahendi?

- 1 Impotentia respectiva est comparatione huius, & non alterius.
- 2 Impotentia respectiva si perpetua sit dirimit matrimonium contrahendum.
- 3 Qualiter cognoscatur hanc impotentiam non à natura, sed à maleficio provenire?
- 4 Quamvis aliqui censem ex maleficio oriri non posse impotentiam perpetuam. Verius est oppositum.
- 5 In dubio. An ex maleficio nascatur impotentia perpetua, vel temporalis, triennio coniuges copula carnali vacare debent?

Impotentiam respectivam appellamus, ob quam coniux impotens est ad congressum cum haec feminâ, vel quia virgo est, vel quia est nimis arcta, vel quia ad extrinsecos ob maleficium impeditur, id est duplex impotentia, alia naturaliter a natura proueniens, alia artificialis, seu ab extrinsecis emanans.

Quocumque ex his modis detur impotentia modò perpetua sit, hoc est quia abque peccato, vel graui corporis periculo tolli nequit impedimentum est matrimonij contrahendi, ut latè docet Sanchez. lib. 7. disp. 93. à num. 2. Gutierrez. cap. 112. num. 19. & 20. & cap. 113. à num. 1. Basil. Ponce. lib. 7. cap. 61. per totum. Coninch. disp. 31. dub. 7. à numero 77. Paul. Layman. lib. 5. summ. tract. 10. par. 4. capite 11. à numero 1. Et de impedimento a natura proueniens est fieri expellus Textus in cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiis. Bi de impedimento maleficii probat Textus finalis 33. quaf. 1. & de frigidis, & maleficiis. Et ratione evidenter convincitur. Nam per matrimonium evidenter coniunctur. Nam per matrimonium coniuges sibi inuenient obligantur, ut via curiant, quam obligationem subire nequeant, si copula illis sit impossibilis, tametsi cum aliis possibilis sit.

Cognoscitur autem hanc impotentiam non à natura, sed à maleficio proueniens ex parte viri, si sentiat aliquando genitalium organum inflari, & erigi nocte, vel in vigilia pollii, & cum vult feminæ accedere subiùr laxari, & concidit frigidus enim nullo ex his motibus agitatur, nec dum appetitum veneris sentit. Ex parte feminæ indicum est prouenire impotentiam ex maleficio, si nimis horreat virum sibi copulari volentem, nulàque via petra illi polit ad accelerationem, cum tamen circa alios mouetur, & excutitur, vel comparsatione viri nimis arcta reddatur, cum tamen comparum sit alii similibus non reddi.

Sed non desunt Doctores, qui sentiant ex maleficio ori ri non posse impotentiam perpetuam, quia nullum est maleficium, quod tolli non possit, vel Ecclesiæ exorcismus, vel fatem ab Authoris maleficij, vel ab alio maleficio. Ergo nulla est ex maleficio impotentia perpetua, siquidem humana industria cessare posset: sic docuit Glossa in cap. finalis 33. q. 1. & in cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiis. Innocent. iii. Landabilem. 5. editem. it.

Sed contraria sententia scilicet posse dari impotentiam perpetuam prouenientem ex maleficio verissima est, vii docuit D. Thom. in 4. 3. 4. quaf. vñica art. 3. in corpore, quem feret omnes sequuntur teste Sanchez. disp. 94. à num. 3. Gutierrez de mar. cap. 113. à num. 1. Basil. Ponce. lib. 7. cap. 65. num. 6. colligiturque expellit ex cap. fin. 33. quaf. 1. quod elo se cuiusdam Archiepiscopi, vñ & consuevit Ecclesia approbat est, uti centent Doctores in cap. fin. de Frigidis, & maleficiis. Per Textum ibi, & probatur ex leg. 5. regia, & fin. 8. part. 4. Et ratione convincitur, nam experientia telli reddi coniux potest ex maleficio sic impotentia ad copulam sibi frigidus a natura esset, quia maleficio destruta est generativa potentia, neque humana industria reparari potest. Quod si impotentia non sit delictu, sed solum maleficio ligata, & impedita, contingere potest, ut hoc ligamen, & impedimentum tolli nequeat, ordinaris Ecclesiæ exorcismus, aliòve medio licito. Nam esto Author maleficii, & quicunque alijs signa maleficia removere possit animo destituci pachtum cum dñe inuitum, forte Author maleficii mortuus est, nec reperitur alijs qui haec signa removere scia. Ego eo casu censenda est impotentia perpetua.

In dubio. An ex maleficio nascatur impotentia perpetua, vel temporalis, triennio coniuges copula carnali vacare debent, quam si perficeret non potuerint, declarandum est adesse perpetuam impotentiam, ex Textu in cap. fin. de frigidis, & maleficiis. & tradit ex communi Sanchez. lib. 7. disp. 94. n. 1. Gutierrez. c. 113. num. 7.

An impotentia ex defectu ætatis impedimentum sit matrimonij contrahendi?

- Specie in natura nullus etas signata est matrimonio contrahendo. Secus iure Ecclesiastico.
 - Ab hac doctrina excipiunt, nisi proximus pubertati discrezione, potentiique coenam depleat.
 - Quis dicatur proximus puberitati.
 - Qui ante etatem puberum contrahet ignorans malitiiam suppleret etatem, mortaliter peccaret.
 - Omnino tenendum est completa pubertate aptos esse ad matrimonium contrahendum, tam si potentiam coenam non habeant, et si aliqui contrarium consenserint.
 - Cum dubium sit, *Am impotencia perpetua vel temporalis sit, non possunt coniuges dissolutionem petere, quousque plenam puberitatem nati sint?*

Spectato iure naturæ nulla ætas determinata signata est matrimonio contrahendo, sed ea cœl/eur apta, qua perfectum in sum rationis artingit, quia illa quæ est sufficiens, ut contrahens se obliget ad copulam conjugalem, media potentiæ successus temporis habendam, sicut ex omnium sententia docuit Sanch. lib.7. disp.104. num.11. Iure tamen Ecclesiastico, ætas ad matrimonium contrahendum est in viis decimiusquatus annus completus, in feminis duodecim us, vii confitetur ex cap. puberes. cap. coniunctionib[us]. cap. attestations. cap. ex littoris de defensione. impuberis. Quod ad eum verum est, vt rebello. lib.3. q.46. sed. 2. censeat non esse necessarium eam ætatem mathematicè completam esse, sed sufficiere, si moraliter completa sit, vii iudicatur si uero vel 30 dies deficiant, quia quod parum distinhibil distare videtur, & quia ea ætas definita est ob præsumptionem potentiæ ad copulam, quo ea tempore, & non ante creditur adesse. Restit[us] tamen Sanch. disp.104. in princ. Basil. Ponce lib.7.c.6.m.1. Gasp. Hurtado disp.22. diffic. 11. n.45. & alii alterunt eam ætatem mathematicè compleri debere, sicut debet compleri ætas ad professionem Religiosis, & Ordines assumendos. Etiamen quoties ius ætatem aliqui adiuvi prescribit integræ esse debet. Neque in his que à iure præcipua sine locum habet regula illa. *Quod parum diffat,* & alias nihil firmum esset, sed solùm procedit regula illa in his que ab humano arbitrio pendent. Neque obstat quod ob præsumptionem potentiæ eo tempore frequenter contingent ætas determinetur. Satis enim est quod determinata habeat nemini licet prædictæ determinationi contravenire.

Ab hac doctrina excipiendum est, nisi proximus puberitati discretione, potenterque coēundi polletat, uxia Texu in cap. continetur, cap. de illis ut despon. at. impuberum. Quia eo casu valde & licet eum in foro conscientia, tum in foro externo matrimonium contrahet. Sed quia haec qualitates ante puberitatem presumuntur, ut recte tradit Sanch. dicta disputat, 104. numero 2. Basilius Ponce, dico cap. 6.5. numero 1. contineantur in cibum omnis probaudis eas qualitates autem contrarium habuisse, sialius irritum matrimonium iudicabitur. Primum namque probare debet matrimonij valorem, illiusque onera recte perceperisse. Hoc enim inveniatur sub nomine dictionis, & prudentiae, cuius fit mentio in exp. fin. de desponsat. impuber. Deinde probare debet habuisse coēundi potentiam, qua per copulam cum alia, vel seminis effusione, si forte contingit, vel per alias signa Medicorum iudicio probanda est, ut bene Basilius cap. 6.5. num. 4.

4 Qui autem ante ætatem pubescentem contraheret ignorans
militiam suppleret ætatem mortaliter peccatum est, utpote
quia autem contractum ab Ecclesiæ reprobatur, inire, ut
colligatur ex cap. non est, 2. de despon. ad. impuber. Et tradidit
aduersus sancti lib. 1. dispu. 17. Rebell. lib. 4. quæst. 5. Co-
ninch. dispu. 2. num. 14. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 6. num. 3.
Gaspar Hurtado lib. 2. diffidit. 12. num. 47. Ex virginitate
causa poterit ordinarius cum impuberibus vsum rationis
habentibus dispensare, ut matrimoniū validè & lici-
te contrahant: sicut notauit sancti. dispu. 10. 4. num. 9. Gaspar
Hurtado, a. diffidit. 12. in fine.

5 Pubertate obtinēta sed fuit contrahēti potestia coēundi non defūti qui probabiliter asserant matrimonium non subsistere, quia contrahēti ex defectu exatis non obtinet coēundi potentiam non videtur aetatem ad matrimonium requisitam obirent iuxta Texutum in cap. puberes, de desponsat. impuber. Et tradit ibi Gloria, verbo tardissimo. Et in cap. continebatur, eodem tit. verbo proxime. Et in sum. verbo sponsata 30. quest. 2. Abbas in dicto c. puberes, 4. dicens fortè hanc sententiam esse veriorēm. Alph. à Veneruz in suo speculo coninguali, art. 39. consl. 2.

Sed longè verius est: & omnino tenendum completo in viris decimoquarto anno, & in foemini duodecimo habiles esse ad matrimoniū contrahendum, tamēti potentiam coēundi non habent, modo sp̄cēt successu temporis eam habituros, vt docuit Sylvestr. verbo Matrimonium s. quisi. 7. Couar. 4. decret. 1.p. cap. 5. num. 2. Petri de Ledelini. quisi. 8. art. 5. in fine. Malatard. de prob. concl. 8.9. num. 10. Sanch. lib. 7. disp. 104. num. 5. Gutieri. cap. 117. num. 1. quia Textus eam potentiam postulante, cū ante pubertatem contrahitur matrimonium, non verò adeptā puberitate, alias non datur triennium ad experientur ad illa impotētia temporalis sit, vel perpetua, sed illidē coniugium dissolendum esset.

Sed quod tempus expectandum sit, vt censeatur illa impotentia perpetua vel temporalis: Variant Doctores. Alij centri trienium esse expectandum; alijs biennium. Verius, & receptius est dissolutionem peti non posse, quoque coniuges plenam puberitatem adepi sunt, felice vi decimū octauū annūm, & sc̄enūa decimū quatuorūm; iuxta Texum in s. minorem. insti. de adoptionib. Et leg. arrago. ff. eodem. Et leg. Melo. ff. de alimentis, & cibis. Quippe cum hominū complexione diversa sint, aquitas postular ne matrimoniū dissolutione intentetur ob impotentiam, quoque coniux cāestate polleat, in qua perfectum robur natura comparat: sicuti alii relatūs docuit Sanch. lib. 7. disp. 104. num. 18. Gutieri. cap.

ans relatis docuit Sanch. lib.7. cap.104. num.18. Gutier. cap. 117. num.1. Basil. Ponce , lib.7. cap.6.5. num.1. Excipe nisi ad oculum patet impotentiam non ex imbecillitate naturae, sed ex frigiditate, vel alio impedimento prouenire, ut aduentur Gutier, & Sanch. *suprà*.

§. V.

An hermaphroditus impotens sit matrimonio contrahendo?

- 1 Quid sit hermaphroditus.
 - 2 Quando hermaphroditus constat quo sexu eminent valide, & licet secundum illum matrimonio convivabit.
 - 3 Si secundum sexum imbecilliorum contrahat, valide contrahet, & foris licet, si potens sit ad coitum.
 - 4 Illud certum contingit secundum unum ex summa contracto, non posse alio vi.
 - 5 Quam diligentiam facere hermaphroditus debet, cum dabis esse, quo sexu proualeat?

Hermaphroditus est qui vitroque sexu pollet virili, & fœmino. Iudicatur autem vir, vel foemina iuxta sexum præualentem ex Textu in leg. queritur 10. ff. de statu hominaria. Quod si neuerit præualeat, & quæ vir, ac foemina iudicandus est, elektioque sexus ei conceditur, à qua semel facta variare non licet: ut docet alii relatis Sanch. lib. 7. disp. 106 n. 1. Gutierrez de matr. cap. 9. n. 1.

Quando hermaphodito constat que sexu emineat valide, & licet secundum illum matrimonium contrahit, ita ut si sexu virili praevaleat feminam ducere possit, si autem praevaleat femino, viro post copulatio, ut docuit Glossa in cap. si testis, verbo ad testimonium. 4. quest. 3. Angel. verbo Hermaphoditus, numero ultim. Sylvestr. Tabiena, & Attilia eodem, in fine. Sanch. disputat. 106. num. 4. Gutieri. d. cap. 119. numero 1.

Sed an secundum sexum imbecilliorum validè, & licet contrahere matrimonium possit? Difficulitate non caret. Sanct. dicta dispu. 106. num. 5. & Gutier. cap. 119. num. 1. negant eo quod ex sexu fortiori vir, vel feminâ hermaphroditus repugnet; non autem ex sexu debili, & infirmo. Sed reatu distinguit Bala. Ponc. lib. 7. de impedim. cap. 65. in fine. num. 8. Gaspar Hurtado dispu. 22. difficult. 10. in fine. num. 35. si secundum sexum debilem impotens est ad coitum, non poterit secundum illum contrahere. At si potens sit validè, & forte licet contrahere poterit, quia etsi ex sexu fortiori vir, vel feminâ denominetur, absoluunt tamen & simpliciter vias, vel feminâ ex sexu debiliiori spectato, cum secundum illum habeat potentiam ad congreßum. Igitur attento naturæ iure poterit iuxta illum contrahere. Iure autem potissimum nullibi inuenitur iritum tale coniugium, quinimo nec prohibitum. Ergo non solum validum, sed forte licitum erit feclatio vsu, & confutudine.

Ilud est certum coniugio secundum viuum sexum contra-
acto peccatum adulteri esse altero vii, quia hermaphroditus
nequit alteri corpus suum tradere in duplicitis sexus viuum, sed
in viuum viuum tantum, ut qualitas seruetur.

Quod si non constet hermaphroditio quo sexu praualeat, spectato vnu, & confutudine nequit matrimonium contrahere, quin prius a Medicis inuestigetur quem sexum habeat fortiorum, qui si dubii sint, electio sexus hermaphroditio conceditur. Quam electionem coram Iudice Ecclesiastico facete obligatus, pen's quem est cautionem iuratorum ab hermaphroditio petere, quod nunquam altero sexu vetus. Quæ diligenter semper præmittenda est antequam Parochus

Hic matrimonio interdit, sicuti bene docent Maiol. de irregulari lib. 3. cap. 25. num. 16. Sanch. d. disp. 106. num. 6. & seqq.
Gutier. d. cap. 119. num. 2. & seqq.

§. VI.

Qualiter impotencia perpetua impedimentum sit matrimonij contrahendi?

1. Si matrimonium sumatur pro traditione corporis ad prolem generandam, ut frequenter sumitur, non solum iure positivo, sed naturali impedimentum prestat impotencia perpetua. Secus si matrimonium sumatur pro quadam confederacione.
2. Aliqui affirmant hanc confederacionem verum matrimonium constituer.
3. Oppositum vorius est.
4. Satis si fiduciam illis.

Si matrimonium sumatur, ut communiter sumitur pro traditione corporis ad prolem generandam, omnes serie Doctores conueniunt non solum iure positivo, sed naturali non posse cum impotencia perpetua coeundi contrahit quia nequit illa impotencia affectus se ad copulam obligare, vii colligitur ex tota causa 33. queſt. Et ex ioto titul. Et de Frigidis. & maleſiciat. Et ex motu proprio Sixti V. edito anno 1587. At si matrimonium sumatur pro quadam confederacione ad simultaneam habitationem, obsequiorumque communicationem secluso incontinentia periculo non videtur ex impotencia ad coitum irritari, tamenis omnino dissuadendum sit, sic pluribus comprobatur Sanch. lib. 7. disp. 97. a. n. 5. & Gut. de matrim. cap. 114. à numero 1. Et colligitur ex cap. consultationi. Et cap. laudabilem de frigidis. & maleſiciat. Et c. 2. 33. queſt. 1. Et ex dicto motu proprio Sixti V. Et ex lege regia 1. tit. 9. part. 4. ibi: [Pero si quisiteret callar suu embargo, y viuit en uno no como marido y mujer para a yuntarle carna meute, mas como hermanos puedan lo facer.]

Controverſia autem est, An illa societas, & confederatio velum matrimonio confituant tam iure naturæ, quam Ecclesiastico. Affirmate videtur Paludan. in 4. d. 34. queſt. 2. Antonin. 3. p. 11. cap. 22. §. 3. Veracruz in suo speculo coniug. 1. part. art. 3. Pet. Sotus lett. 1. de matrim. cap. 8. Medina lib. 5. de continentia, cap. 74. quibus fauet D. Thom. in 4. d. 34. 9. 1. art. 2. ad 4. & 3. part. queſt. 29. art. 2. prout eos refert, & sequitur Baſil. Ponce. lib. 7. de matrim. cap. 56. Moneptur ex dicto cap. consultationi, & cap. laudabilem de frigidis. & maleſiciat. & ex dicto motu proprio Sixti V. vbi supponitur ut se inter imponentes matrimonium contrahi in ordine ad castę viuentum. Ratione à priori suam sententiam Baſilis confirmat, quia de essentiis matrimonij tantum est mutua coniunction animorum in naturalem vite societatem cum diuinitate sexus: at hæc coniunctio stare optimè potest cum impotencia ad coitum, ergo impotencia ad coitum matrimonio non obſtit. Consequens, & minor legitime sunt. Maiorem in qua est difficultas sic probat: quia commune est, & facit a Doctribus receptum dominum rei ab vnu illius distinguere. Potest ergo coniux impotens dominum sui corporis alteri tradere, tamenis illius vñam non tradat. Ergo esse corpus impotens ad vñam obſtrare nequit dominij translationi. A posteriori probat Baſilis, quia nullum sacramentum esse potest, si illi defit materia necessaria, vt patet in Baptismo. Pœnitentia. Eucharistia. & Confirmatione. At hoc sacramentum Matrimonij confitente potest abſque potest ad copulam, vt contingit, cum hæc impotencia matrimonio iam contracto superuenit. Ergo.

Ceterum omnino dicendum est talem confederacionem verum matrimonio non esse non solum iure Ecclesiastico, quod mihi certissimum est, sed etiam iure naturali. Quæ fuit sententia Bonavent. in 4. d. 34. art. 2. queſt. 1. Nautar. cap. 22. num. 60. & lib. 4. consil. titul. de frigidis. & maleſiciat. consil. 3. numero 2. in secunda edit. Matien. Rub. gloss. 1. num. 156. tit. 1. lib. 5. collect. Barboſa leg. 1. part. 1. num. 91. ſi. Soluo matrim. Gutier. de matrim. cap. 114. num. 1. Coninch. disp. 31. dub. 7. conel. 1. num. 6. Galpar Hurtado. disp. 22. difficult. 4. num. 10. Vasq. 3. part. disp. 12. 5. cap. 7. Sanch. plures refutent lib. 7. disp. 97. art. 2. colligitur ex dicto motu proprio Sixti V. abſolute deficiens impotentes ineptos esse ad matrimonium contrahendum, idque fatis infinatur in cap. consultationi. Et c. laudabilem, de frigidis. & maleſiciat. vbi abſque vña distinctione matrimonij ad copulam, vel ad castę coniugendum deciditur stante impotencia non posse coniugem haberi ut vxorem. Ratio vero videatur manifesta, quia matrimonium primò, & pē se inſtitutum est ad honestam humani generis propagationem, vt conflat ex illo Genet. 1. vbi dicitur Propter hunc rei inquiet hominem patrem, & matrem, & adhæredit uxori ſue, & erunt duo in carne una, &c. At coniux impotens nequit tradere ſui corporis dominium ad predictam propagationem, tamenis tradat, vñi feruas ad rerum domesticarum obſequium,

ergo nequit verum matrimonium constituere. Præterea si predicta confederatio elet verum matrimonium, pater cum filia, frater cum forore contrahere possent, siquidem inter ipsos mutua obligatio ſibi inuicem obſequendi, & alen potest intercedere. Item ex mutuo conſensu diſolvi hoc matrimonium potest, cū ſolū ob bonum prolis, & in ordine ad illam indiſoluibile ceneſatur. Deinde aduterium non elet accessus ad aliam, ſiquidem non traditur corpus, cuius alter habeat dominium. Quæ certè absurdia ſunt. Et quā uis Baſili illis respondere intendat, credo intentionem non eſſe aſſecunum.

Fundamentum, quo mouet Baſil. levissimum eſt. Dicimus námque matrimonij effentiam clie animorum, corporumque coniunctionem in naturalem vite societatem, humanique generis propagationem, vt colligunt ex definitione matrimonij communiter approbat, & ſatis indicata ab Alexand. III. in cap. illud quoque, 11. de praſumptionib. dicente eſſe coniunctionem maris, & feminæ, & ex fine ad quem eſt instrutum. Et licet dominum rei ab vnu illius diſtinguitur, at nequit tradi dominum, qui tradidit ius, & portetas illa re vident, tamet ex alio capite contingat eam potestem ligari, & vñi illius impediti, vt cuenit in iis qui matrimonium contrahunt ſub vno casitatis vel ſub promiſione inuicem facta castè viuendi. Minus efficax eſt ratio a posteriori. Aliud enim eſt fieri matrimonium, & Sacramentum, aliud eſte matrimonium factum. Ad matrimonium, sacramentumque conſtriuendum necſariò requiri corpus generatione aptum, quia debet tradi illius dominum in ordine ad generationem, ſecus verò post matrimonium contratum, quia dominum ſemel traditum non perire poteſt generandi, cuius indicium maniſtetur eſt, quia impotentibus, quibus impotencia contracto matrimonio ſuperuenit licet tactus, & amplexus, qui tamen non licet iis qui cognitâ impotencia contrahent, vi tradit Sanch. plures refutent lib. 7. disp. 1. 97. num. 4. Gutier. cap. 114. num. 3.

§. VII.

Qualiter dubia impotencia impedimentum sit matrimonij contrahendi, vel faltem illius vñam?

1. Dubius de impotencia necessariò abſinere debet à matrimonij contrahit ſub graui culpa.
2. Si non obſtante dubio contrahabat non ſolū reddere, sed & petere potest, vt Ecclesia conſet, an valide contraſerit.
3. Si dubitetur, an matrimonium consummauerit. Re diligenter examinata dubium vinci nequit, ſententia ferenda eſt pro matrimonij valore.
4. Quando dubium eſt, an precesserit impotencia, vel ſubſentia fuerit matrimonium, aſſerunt plures ſati probabilita preſumere debere praeſeffe.
5. Verior eſt op poterit ſententia.
6. Procedit doctrina, quando post longum tempus à matrimonij contrahit allegatur impotencia.
7. Quando eſt dubium, an impotencia naturalis, vel accidentalis ſit, preſum accidentalis debet.

Dplex dubium de impotencia eſt potest. Primum, an ala vera impotencia? Secundum, an precesserit, vel ſubſentia sit matrimonium?

Dubios de impotencia necessariò abſinere debet, ſubſentia culpa à matrimonij contrahit, tum ob grauem iniuriam quam alteri coniugi potenti irrogat, vt ex certa ſententia dicit Sanch. disp. 103. in fine. Gutier. de matrim. cap. 116. in fine.

Quod ſi non obſtante eo dubio contrahat non ſolū reddere, ſed & petere potest, vt Ecclesia conſet, an validè vel inualidè contraherit, ſicut prædicti Doctores aduerunt. Si verò intra triennium quod ab Ecclesia conceditur ad hanc investigationem non poterit matrimonium conſummaratio Ecclesia separandus eſt, quia preſumitur cum impotencia perpetua contrahisse.

At ſi dubitetur, an matrimonium consummauerit, & re diligenter examinata vinci dubium nequit, ſententia ferenda eſt pro matrimonij valore, quia vñi quicunque preſumunt potens, dum contrarium non probauit, vt docuit Innocent. in cap. 1. n. 3. de frigidis. & maleſiciat. Dominicus Sotus in 4. d. 34. q. 3. art. 2. vers. rogas. & alii quos congerit Sanch. ſupr. n. 3. Gutier. cap. 12. 6. n. 2.

Rurſus cum de impotencia conſtat, dubitatur autem an precesserit, vel ſubſentia fuerit matrimonium variante Doctores, vt videtur eſt apud Sanch. lib. 7. disp. 103. à n. 1. Et quidem ſue impotencia proueniat ex frigiditate naturæ, ſue proueniat ex maleſicio, ſue ex humana industria, debet præfumari

Disputatio IV.

matrimonij contractum praesulisse assertur satis probabilitatem Hostiensis in summa frigidis, & maleficiat. quia impotentiam num. 7. Ecce cap. fraternitatis, num. 4. eodem tit. ibique committentes scribentes Montalvus in leg. 4. & leg. 7. ad finem tit. 8. part. 4. Gregor. Lopez leg. eodem tit. & part. verbo de salisbury. Matien. Rub. gloss. 1. num. 20. tit. 1. lib. 5. collect. Mascaldis. de probab. conel. 816. num. 19. & cond. 1027. num. 3. Henrique. lib. 12. cap. 8. num. 3. & alii plures relatae à Sanchez. dicta disput. 10; num. 2. Quorum fundatum est. Nam impotentiam que est à natura semper presumitur fuisse, cum ea que à natura prouenient per perpetua sint, impotentiam vero accidentalis, esti per se non presumatur adesse, nisi dum fuerit probata; at polo quod in praefecti constat eam adesse, & solum dubium est an matrimonium praesulisse, vel subsequitur, expedit praesumptionem sumere, quae coniugibus prolixi & matrimonio fauorit sit: at praedicti si fauoritius est, si presumatur impotentiam praesulisse. Quippe potest coniux potens aliud matrimonium intrare & problem generare, vitareque periculum accidens ad non suam. Ergo &c.

Nihilominus verior mihi videtur sententia Ant. de Butrio in cap. Fraternitatis. num. 20. de frigidis. & maleficiis. praelimis debere impotentiam quamcumque matrimonio subsecutam esse, non praesulisse, & de impotentia accidentali proueniente felicit ex maleficio, vel morbo, vel abscissione membra docuit Sanchez. dicta disput. 103. num. 5. Gutierrez. dicto cap. 116. num. 1. Ecce vnuquisque presumi debet à nature potens, dum contrarium non probatur. Ergo afferente illam impotentiam coniugis ante matrimonium fuisse, cum id non constet incombuit onus probandi, quod si probatione succumbit presumendum est fuisse potens, atque adeo matrimonium rite contractum esse. Neque est periculum accidens ad non suam, cum incipiens presumere debet suam esse. Potius namque in dissolutione matrimonij hoc periculum reperiatur, si forte potens alter copulatur, cum dubium maximum sit, an si prior ligatus.

Predicta doctrina procedit, quando post longum tempus, scilicet post aliquot annos à matrimonio contractu allegatur impotentia. Nam si illicet, ac matrimonium contractum est impotentia opponatur, eaque constet censenda est matrimonium praesulisse. Non enim brevi tempore presumi quis potest ex uno ad aliud extremum transire, uti notarunt Sanchez, & Gutierrez. loc. alleg.

Quando vero dubium est, an impotentia naturalis, vel accidentalis si semper presumenda est accidentalis, quia dum contrarium non constat, non est presumendum naturam de scilicet. sic Sanchez. & Gutierrez. supra.

§. VIII.

Qualiter coniugi tam potenti, quam impotentii licet aduersus matrimonium proclamare?

- 1 Coniugi potenti licitum est proclamare aduersus impotentem quounque tempore.
- 2 Mulieri alleganti viri impotentiam transacto bimestri à matrimonio contracto, & copula attenuata deneganda est evidencia, quoniam triennium transeat.
- 3 Quod coniugi impotentii liceat reclamare explicatur.

Hecque diximus, qualiter impotentia impedimentum praefacte matrimonio contrahendo: supererat dicendum qualiter sic contractum dissoluendum sit. Cum autem ea dissolutio regulariter incipiat à coniugio querela, vt potest quibus est impotentia notior, examinandum est qualiter proponi possit. Et quidem coniugi potenti licitum esse proclamare aduersus impotentem manifestum est, cum sua maxime inter sit non esse impotentem alligatum. Sed quo tempore proclamare debeat et audierat non satis constat. Nam in cap. 1. de frigidis, & maleficiis, denegant audientia mulieri allegantem viri impotentiam, si initio matrimonij hoc est post vium, vel duos menses à contracto matrimonio, & copula inventata non proclamauerit. At in cap. fin. eodem tit. auditor mulier reclamans post octo annos. Ecce cap. fraternitatis, eodem auditur reclamans post multos, & merito: quia quod nullum est trahit temporis conualeceri non potest.

Dicendum igitur est mulieri alleganti viri impotentiam transacto bimestri à matrimonio contracto, & copula attenuata adiuentiam denegandam esse, non quidem absolute, sed quoque triennium transeat, quia presumitur verum non dicere, siquidem ita sero proclamauit. Cetero enim, & in patuo tempore (aie Pontifex) scire potuit, si secum vir coire posset. Excede tamen nisi persigna certa, & evidencia, vel verofimiliter evidenter impotentiam se offerat probare; tunc enim triennium expectandum non est, sed statim audiari debet, quia cessar falsitas presumptio, in qua decisio Pontificis nitebatur, ut pluribus comprobata Sanchez lib. 7. dict. 109. num. 3. Gutierrez. cap. 110. num. 20. Notanter

Punct. XIV. §. VIII. & IX.

167

dixi transacto bimestri à matrimonio contracto, & copula attenuata. Nam est lex regia 6 tit. 8. part. 4. solum vincum mensum concedat, standum est decisioni cap. 1. de frigidis. & maleficiis, bimonthre concedentis. Hoc autem bimonthre computandum est die, quo vir post matrimonium contractum copulam intentauit, ut colligitur ex dicto cap., dum eam rationem scrotinae proclamationis reddit, quod cito mulier nosse posset, an vir secum coire posset; hoc namque nullo modo scire potuerit, nisi vir copulam intentasset. Ergo à tempore natus copula, & attenuata bimonthre computandum est, ut recte Gloss. in fin. verbo quod autem, in fine 33. q. 1. Et in cap. laudabilem, verbo celebrati de frigidis, & maleficiis. Et ibi Iunior. & Hostiensis. statim in princ. Anton. de Butrio, p. 10. Alexand. de Neuio num. 10. Sanchez. lib. 7. dict. 109. num. 4. Gutierrez. cap. 120. num. 19. Transacto autem triennio conceditur mulieri audience, tametsi per signa dubia impotentiam probare intenterit, iuxta Textum in cap. fraternitatis. Et cap. fin. de frigidis, & maleficiis. Sieque huiusmodi. Textus qui videbantur oppositi conciliari Sanchez. dicta dict. 109. num. 14. cui adheret Gutierrez. cap. 120. num. 27.

Quoad coniugem impotentem attinet, si periculum incontinentia timeat, nisi dissolutio nem matrimonij procuret, receperum à Doctoribus est reclamare posse, eo quod tunc nequerat cum coniuge simul habitare, tametsi ut sororem habere. Quod si predictum periculum absit (quod raro contingit) distinguendum est, si tempore contractus matrimonij suam impotentiam ignorauit optimè reclamare potest, ne cogatur onera matrimonij sustinere, vxorēmque ales, uti colligatur ex cap. 1. de frigidis, & maleficiis. ubi vir propriam frigiditudinem allegavit. Et idem est si impedimentum se teneat ex parte feminam, eo quod absque periculo corporali nequit apte reddi viri congregatu reclamare potest, ne viro tanquam capitū subiiciatur, cum tamen caput non sit. At si tempore contracti matrimonij sue impotentiam conscius fuerit, neque renuere conjugi potente separationem procurare, quia ratione deceptionis facta, & iniuria irrogata, videatur obligatio sustinere omnia onera matrimonij sustinendi: sicut haec omnia docet Sylvestris. verb. Matrimonium 8. q. 16. dicto 1. Sanchez pluribus relatis dict. 114. num. & seqq. Gutierrez. de matr. cap. 121. num. 13.

§. IX.

Quae probatio requiratur, ut matrimonium dissoluiri possit ob impotentiam?

- 1 Probationes exigenda sunt quoad fieri possit clariores.
- 2 Expenduntur signa impotentie.
- 3 Si impotentia signa sunt certa, & evidencia, statim abque alia probatione, aliquo termino spectato coniugum dissoluendum est.
- 4 Si signa versimilia sunt, ita ut impotentiam mortaliter certam demonstret, non est exceptandum triennum.
- 5 In predicto casu non requiritur instrumentum coniugum, & septime manus propinquorum, eti aliquibus contrarium placeat.
- 6 Si signa impotentia dubia tantum sunt, & unus coniux impotentiam faciet, alius negat, seruanda est forma signa in cap. laudabilem de frigidis, & maleficiis.
- 7 Si elapsi triennio adhuc veritas cognosci non potest, regulari ter pro matrimonio sententia ferenda est.
- 8 Quod si veraque coniux impotentiam faciet, plures censent non esse concedendum triennium, sed tempus arbitrium.
- 9 Opposita sententia verior est.
- 10 Satisfundamento opposito.
- 11 Ultra triennium requiritur instrumentum viriusque coniugis, & alia conditiones.

Dissolutio matrimonij grauissima est, vt potest in qua veratur non leue animarum periculum, ideoque oportet indicem omnis circumspectum esse, & probationes exigere quoad fieri possit clariores. Ut docet Glossa in cap. fin. in fine de frigidis, & maleficiis.

Sigilla igitur impotentiae in triplici sunt differentia. Quædam certa, & evidenter concludantur. Quædam verosimiliter. Quædam dubia, & presumptivæ tantum. Quæ sunt dictio Anton. de Butrio in cap. laudabilem de frigidis, & maleficiis. num. 14. Et ibi Proposit. num. 10. Et Alexand. de Neuio. num. 16. & 17. & aliorum, quos refert, & sequitur Sanchez. dict. 107. num. 2. Gutierrez. de matr. cap. 120. num. 2. Basili. Ponce. lib. 7. cap. 66. num. 2. Signa evidencia sunt ex parte viri, si testiculis caret, si virilia sunt amputata, si omnino secca ita ut erigi ad cultum nequeant. Ex parte feminæ si ita arcta est, ut iudicio Medicorum à nullo viro abque manifesto periculo cognosci valeat. Verosimilia censentur ex parte viri, quando aliqualiter membrum ad copulati erigitur, & ex parte fœtigi

feminae, quando ob excessum pudendi timerunt ab eo viro conguoisti non posse, bene ab aliis. Dubia vero sunt, quando ex malicio impotentia procedit, vel ex alio capite prudentis arbitrio, & in his Doctores conueniunt, ut videtur est apud Sanch. lib. 7. disp. 157. à num. 3. Gutier. de matrim. cap. 120. à num. 2. Basilio Ponce, lib. 7. cap. 66. num. 2. His positis,

- 3 Dico primò si impotentia signa sunt certa, & evidencia statim abique alia probatione, alioque termino spectato coniugium dissolendum est, ut ex omnium sententia tradit Sanch. Gutier. & Basili. supra. Quippe triennium alioque probations à iure requiriuntur, ut impotentia constet auctem manifeste apparente frustra exhibentur.
- 4 Secundò dico, si signa verosimilia sunt, ita ut impotentiam moraliter certam demonstrant triennium expectacionum non est, quippe in humanis moribus evidentia sequuntur. Si docet Sanch. dicta disp. 107. num. 4. Gutier. cap. 120. num. 4. Basilio Ponce, lib. 7. cap. 66. num. 2. & Gaspard. Hurtado disp. 22. diff. 11. num. 18.

- 5 Addunt tamen Anton. de Butrio, in cap. laudabilem de frigid. & maleficat. num. 14. Et ibi Alexand. de Nevo, numero 17. Sanch. Basili. & Gutier. supra, in predicto casu requirentur amorem coniugium, & insuper septima manus propinquorum, hoc est iuramentum septem testium propinquorum ex parte cuiuslibet coniugii; aut illis deficientibus septem vicinorum testium se credere coniuges verum faci, & praeterea necessarium esse, ut coniux impotentia inspicatur a Medicis, seu matronis, quorum omnium testimonia convenientia sunt. Sed licet hæc communis Doctorum sensus probata sunt, spectato iuri rigore placet mihi sententia Galparis Hurtado disp. 22. de matr. difficult. 11. num. 38. afferens nec iuramentum coniugium, nec septima manus propinquorum, nec impotentis inspectionem necessaria esse, cum signa impotentia moraliter certa sunt. Non enim illæ probatores iure naturæ requiri possunt, neque aliquæ aliae, cum de veritate impotentia moraliter certum sit. Neque item iure positivo, quia iuramentum coniugium, & septima manus propinquorum, inspectio que impotentia solum requiriatur in casu dubio, & post tricenalem habitationem, ut constat ex cap. laudabilem, & ex cap. fin. de frigid. & maleficat. vbi haec habentur. Si igitur triennialis habitatione stans moralis certitudine impotentia neccesaria non est, neque etiam predicta alia conditiones que subsequuntur.

- 6 Tertiò dico, si signa impotentia dubia tantum sunt, & vnu coniux impotentiam faceret, alius negat. seruanda est forma statuta in dicto cap. laudabilem de frigid. & maleficat. nempe illis coniugibus iuramentum esse deferendum de impotentia, & insuper accedere debet iuramentum septima manus propinquorum, id est septem consanguinorum, illius coniugii impotentiam facientis, qui testem se credere illum coniungit verum dicere. Ex parte vero coniugii negantis impotentiam nulli telles iurantes requiruntur, vni docuerunt Innocent. Ioan. Andr. & Ancharran. in cap. laudabilem de frigid. & maleficat. in princ. Quidam refut. & sequitur Sanch. lib. 7. disp. 109. num. 13. Gutier. cap. 120. num. 10. Praeterea debet triennium his coniugibus concedi, ut copula vacent, sicut ex communis sententia decidit Rora apud Farinac. 1. p. decisi. 69. Quid triennium omnino concedendum est, cum impotentia ex maleficio proueniat, quia decursus temporis, & orationis instantia, alioisque remedii adhibitis forte remouebitur, ut tradit Hostiens. in dicto cap. laudabilem num. 1. & cap. fin. ad finem, verbo triennium de frigid. & maleficat. Et ibi Ioann. Andreas num. 11. Ancharran. num. 9. notab. 12. Gregor. Lopez. leg. 5. verbo sajta ebe placo. tit. 8. part. 4. Sanch. lib. 7. disp. 107. num. 9. Gutier. de matr. cap. 120. num. 7.

- 7 Quod si elabo triennio adhuc vnu affirmit, & alter negat matrimonium consummatum esse, neque veritas per signa verosimiliter certa iniurii possit, regulariter pro matrimonio sententia sentenda est, quia stat pro illo postello, vni notauit Alexand. de Nevo in dicto cap. laudabilem n. 17. cap. 4. Sanch. lib. 7. disp. 109. n. 15. Quid efficiat si procedit, quando mulier assertur se à viro cognitare esse, tunc enim potius ipsi, quam viro neganti credendum est, ut recte alii relatis docuerunt Malcardi. de probacionib. cond. 12. num. 24. Sanch. disp. 109. num. 9. Gutier. cap. 120. num. 25. Basilio Ponce lib. 7. cap. 66. num. 8. Neque enim presumi debet feminam velle cum impotentia habere. Si vero ipsa negaret se a viro cognitam esse, offeraturque probare matronarum, a pœnali, adhuc exstimat Basilius non esse illi fidem adhibendam, sed viro assertenti eam cognovisse, eo quod hæc aspectus viportem minus decens, non est permittendum. Praeterquam quod fallacie subiectus est. Sapè enim mulieres se virginis fingunt, cum tamen sint corruptæ. Sed contrarium in hac specie communis sententia firmat cum Gloffa in cap. si quis acceperit. verbo tempore 33. q. 1. Et in cap. proposusti. in fine. Et cap. penult. de probacionib. Et cap. 1. verbo caput de frigid. & maleficat. Gutier. de matr. cap. 120. n. 21. Sanch. pluribus relatis disp. 109. n. 6. & probari videatur ex dicto cap. proposusti; vbi iuramento pueræ, & testimonius illarum septem mulierum fides est

potius ordinata. Et licet hæc probatio ut potest minus decepta permittenda non sit, quando alia haberi potest, at alia probatio inibus deficientibus ob veritatem inueniendam permitte debet, rationeque necessitatibus honestatur. Neque obiectum probacionem deceptioni subiectam, id enim solum probari non esse concludentem, non tam pro probata non esse verosimilem, & satis probabilem, alias nulla humana probatio adhibenda esset, cum omnes fallacie subiectantur.

Quando vero utrumque coniux impotentiam facetus, plures graueisque Doctores afferunt non esse concedendum triennium, sed tempus aliquod arbitriatum, ut duorum, vel trium mensium, vel ad summum vnu anni. Quia elabo accedente iuramento coniugium, & septima manus propinquorum abique villa alta diligentia esse matrimonium dissolendum. Sic docuit glossa in cap. 1. verbo per verum, & verbo probari de frigid. & maleficat. Angelus verb. Matrimonium 3. impedita. Rofella verb. Diuortium. num. 1. Sylvest. qu. 18. num. 1. & alij relati a Sanch. disp. 108. num. 3. Et probari potest ex dicto cap. de frigidis. & maleficat. vbi mulier allegans vii impotentiam. Si intra bimonthre reclamasset audiretur, & matrimonium nullo expectante triennio dissolueretur. Neque facit, si dicas si verum esse, quando per signa certa, vel moraliter certa vii impotentiam probaret, quia eo casu non degenerent audiencia, etiam si sero reclamasset, ut superius diximus. Loquitur ergo Textus de probacione impotentia ex signis dubiis. Deinde probatur ex cap. laudabilem, eodem in de frigidis. & maleficat. à contrario sensu: ibi enim triennium conceditur, quia vnu negat impotentiam, alter affirmat. Nullus est autem Textus triennium exigens viroque coniuge impotentiam restante, ergo abscis fundamentum pertinet. Tandem quia efficax probatio videatur esse viroque coniugis confessio, siquidem elabo triennio haec sufficiens iudicatur.

Nihilominus communior, veriorque sententia, & tenenda, afferit in predicto casu triennium concedendum esse, quam docuit Glossa in cap. si quis acceperit, verbo tempore 33. q. 1. & cap. laudabilem de frigidis. & maleficat. verbo virgini. Abbas ibi in fine, & in exp. eodem, titul. num. 5. & cap. num. 4. D. Thom. in 4. d. 34. in exp. littera Mag. verbo sententia manu. Gregor. Lopez. leg. 6. titul. 8. part. 4. in glossa. Malcardi. de probat. tom. 1. concil. 11. verbo cotus, num. 4. & tom. 2. verbo frigiditas, num. 5. & 16. Sylvest. verbo matrimonium, num. 16. Et alij quæ ampliores Cat. ista, & Theolog. quo referunt, & sequitur Sanch. disp. 108. num. 5. Gutier. de matr. cap. 1. o. num. 20. Basilio Ponce, lib. 7. cap. 66. num. 4. Galpar. Hurtado, disp. 22. difficult. t. 1. num. 40. Et colliguntur eis dicta cap. laudabilem, vbi in fine. statutus dubius probacionis de impotentia triennium esse concedendum. Deinde distinguuntur duo casus, non vt in illis hæc triennio probatio omittatur, sed an ultra illam aliae probations requiriuntur, vt ex contextu litteræ constat. Et præterea ratione coniunctio. Si enim cum vnu negat, alter affirmat impotentiam triennium assignatur, ut veritas clueat: eadem & potius ratione assignandum est, cum virgo restatur impotentiam, quippe hic casus graviori periculo deceptionis est expeditus, iustè timei potest inter coniuges collusio ob voluntatem a matrimonio recedendi, id est Iudei causim procedere debet, & veritatem diligenter investigare. Adde etiæ utriusque coniugis confessio probet impotentiam adeo, ut probare nequit esse perpetuam, cum eam signis certis, vel verosimiliter certis non probet, debet ergo triennium adhiberi, ut ipsi Iudei que conferunt, an temporalis si, vel perpetua, an ex maleficio, vel ex alia causa, quæ decus tempore removatur?

Neque fundamentum oppositæ sententie urget. Ad Tertium in cap. 1. respondemus mulieri sero reclamanti denegare audiendum, quousque triennium elaboratur, quia pro summo fidei reclamare, vel reclamare ex signis rancum dubiis, & non euidentibus. Quando vero intra bimonthre reclama conceditur audiencia, quia præsumitur ex signis certis vel impotentiam probare. Q nod si illam ex his signis non probet, concedetur triennium. Textus vero in cap. laudabilem, stram sententiam confirmat, vt num pro eadē expendimus illudiximus, quare ultra confessioem utriusque coniugii triennium requiratur?

Rursum ultra triennium requiritur iuramentum virile, si coniugis faciem sententiam impedimentum. Vir namque iurare debet se bona fide, & abique doolo copulam intentasse, nec consummate potuisse, mulier vero iurare debet per eam non steriles, quia matrimonium consummatur. Insuper accedente debent ex parte consiliber coniugis septem propinquos, ipsi vero deficitibus septem vicinior bona fæz, qui iurare debent se credere coniuges verum affirmare. Vt habeat dicto cap. laudabilem. Et tradit lex regia s. t. 8. part. 4. Quid si tot telles habent non possunt pauciores sufficere arbitrio Iudicis, vt docuit Glossa in cap. requisiti, verbo septima manus 33. qu. 1. Gregor. Lopez. in d. leg. 5. verbo sic te. Malcardi. de probat. concil. 8. 89. num. 7. sanch. alij relatis disp. 108. num. 11.

Disputatio IV.

Quinimō si desint consanguinei, & vicini sufficiunt alijs testes omni exceptione maiores: vt tradit ipse Sanch. num. 13. Gutier. cap. 120. num. 11. & 12. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 66. num. 5. Forma autem huius iuramenti: esti iure communis spēdat fieri debet taliſ factos sancti Euangelii, vt constat ex d. cap. laudabilem, confucudine tamen præscriptum est, vt super Cruce præfetur, teste Couarua, in cap. quamvis pactum, de Patr. in 6. §. 1. num. 2. ad finem. Sanch. lib. 7. disp. 108. num. 14. Gutier. de matr. cap. 120. num. 12.

Præter hoc iuramentum aliqui exigunt inspectionem impotentis, sed ab illo summo fundamento. Cū in cap. laudabilem non exigatur hæc diligentia, cū verique coniux faciat impedimentum, vt notauit Sanch. lib. 7. disp. 108. numero 6. Gutier. cap. 120. num. 9. Basil. Ponce, d. cap. 66. num. 5. Iuramentum autem coniugum, & propinquorum ita necessarium est, vt eo deficiente sententia lata pro matrimonio dissolutione nulla sit, vt colligitur ex d. cap. laudabilem. & cap. fin. de frigidis. & maleficiis. & tradit Sanch. Gutier. & Basilius supradicti.

S. X.

A quo tempore triennium computandum sit, & quales debeat esse matronæ de virginitate deposituræ?

- 1 Non est computandum triennium à die contracti matrimonij nisi copula fuerit intentata.
- 2 Proponentur varia sententia a quo tempore computandum sit.
- 3 Verius censes spectato iuri rigore computandum esse à die quo coniuges simul habitarunt in eodem lecto.
- 4 Computandum est hoc triennium, modo coniuges plearam pueras in fucinae adepti.
- 5 Hoc triennium continuum esse debet.
- 6 Matronarum testimoniis de virginitate deponentium, falsa subiectio est.
- 7 Sufficiunt duo vel tres, et si aliqui septem requirant.
- 8 Quales debeat esse matronæ de virginitate deposituræ.

Triennium ad inuestigandam impotentiam statutum in d. cap. laudabilem de frigidis. & maleficiis, computari non potest à die contracti matrimonij, nisi copula attentata fuerit, vt colligunt omnes Doctores ex cap. requisiti 3. 9. 1. teste Sanch. lib. 7. disp. 110. num. 1. Gutier. cap. 121. num. 1. Sed an eo die numerandum sit, an vero à decreto Iudicis, variant Doctores. Nam Hostiens. in summittate de frigidis, & maleficiis, s. qualiter, & quando num. 12. & in cap. fin. edendis, num. 10. Et ibi Joann. Andr. num. 11. Ancharian. num. 9. notab. 12. Anton. Cuthac. lib. 7. in fin. maiorat. tit. 12. num. 267. Caulean. 2. p. dec. 1. 8. num. 7. & alii censem in impedimento maleficij enumerandum esse à die copula intentata. Alii vero à quoniam numero est Henricus in cap. 1. num. 2. de frigidis. & maleficiis. Brunel. de sponsalib. concl. 18. declarat. 4. numero 10. & 14. id concedunt in impedimento frigidis. At Glorio in sum. verbo quod autem 33. q. Abbas in cap. fin. de frigidis. & maleficiis. Et ibi Innocent. Gregor. Lopez leg. 5. iiii. 3. part. 4. verbo dar placo. Gutier. de matr. cap. 121. numero 3. Sanch. alii relatis lib. 7. disp. 110. num. 4. O. 5. in omni impedimento, sed præcipue in impedimento frigidis enumerari triennium debere à die, quo coniuges simul habitarunt in eodem lecto, quia ab eo die vehementer præsumitur copula vacasse, vt notauit Gutier. d. cap. 121. num. 2.

Ego vero censeo spectato iuri rigore hanc ultimam sententiam tenorem esse, vt colligitur d. cap. laudabilem, vbi exp̄it habetur triennium enumerandum esse à die celebrati coniugij, quia ab eo die præsumuntur coniuges copulam intentatas. Idem demonstratur in cap. fin. eodem titul. de frigidis. & maleficiis, vbi mulier allegans multis annis cum viri habuisse, nec posuisse pati congressum nullo exceptuato vteriori triennio separatur. Verum spectata confucudine, stylisque Romanæ curia triennium computandum est à decreto Iudicis, quia ab eo die præmissa peccatum confessione, & Eucharistia sumptione diligenter copula procuratur. Sic sepe temuit Rota teste Farinac. volum. 1. consilior. dec. 27. & 277. & volum. 2. consilior. dec. 192. & 226. Riccio in praxi dec. 219. num. 1. Basilio Ponce, lib. 7. cap. 66. Quod si ante Iudicis decretum triennialis habitatio præcessit, arbitrio Iudicis relinquatur iustis de causis abbreviare triennium, vt notauit Rota dec. 226. Riccio, & Basilio. loc. alleg.

Quod vero aliqui Doctores censem triennium enumerandum esse sibi à die matrimonij contracti, sive à decreto Iudicis, tametsi coniuges non fuerint plenariae pubertatem adepti, minus verum est. Nam esto in d. cap. laudabilem. Et cap. fin. de frigidis. & maleficiis, nulla ex parte distinctione apposita omnibus de impotenti dubitantibus statuarunt triennium. At iustitione consonum est, ne ante plenam pubertatem, quæ ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Punct. XIV. §. X. & XI.

189

in viris est 18. annus & in feminis 14. dictum experientia tempus incipiat. Qui pp̄ dum eam æratem coniuges non attingunt, præsumi iure potest impotentiam coeundi non ex frigiditate, aut maleficis, sed ex debili complexione, & conditione prouenire, vt optimè docuit Cardin. in cap. paber. n. omico de Desponsat. impuber. quem sequitur Sanch. lib. 7. disp. 110. n. 10. Gutier. de matr. cap. 121. num. 4.

Hoc triennum coniungum esse debet, vt deciditur cap. fin. de frigidis. & maleficiis, ibi. Intra predictos octo annos continuum triennium insimil habitasse. Quod si interpolatum fuerit supplendum est, vt docuit Ioann. Andreas in d. cap. fin. numero 9. Macard. alios referens, de probat. concl. 889. numero 8. Sanch. lib. 7. disp. 111. num. 5. Gutier. de matr. cap. 121. num. 8. Aliquis placet, scilicet Sylvestro q. 120. num. 23. Henric. lib. 12. de matr. cap. 7. numero 2. & cap. 8. num. 2. non esse censem interpolari, si per maiorem anni partem insimil habent. Argumento desumptio ex habitatione Scholasticorum in Universtitatibus, qui si majori anni parte commoren- rato anno censemur commorari. Alij minus probabilitas interpolari iudicant triennum, & supplendum, si aliquibus diebus eis pauci separantur. Recluſus tamen Hostiens. Ioann. Andreas. Præpost. Panormit. & alij, quos referunt, & sequuntur Macard. de probat. concl. 889. num. 8. & 9. Sanch. dicta disp. 111. à num. 3. Gutier. num. 7. & 8. Basil. Ponce lib. 7. cap. 66. in fine, sententia triennium hoc non perdere continuationem ex eo, quod uno vel altero mense anni coniuges ob negotia occurrentia separari vivant, quia continuatio triennij non debet esse mathematica, sed ciuilis, & moralis, & qualem coniuges frequenter habent, quæ ob breuem absentiam, tum peregrinationis, tum negotii domestici gerendi causâ non censetur depredi.

Quoad matronas attinet de virginitate feminæ deposituras iuxta Textum in cap. No cuiquam, cap. quod si ponentia 27. q. 1. & cap. fraternalitatis. Et cap. littera de Frigidis. & maleficiis, negare non possim eum ratione fallaciæ subiciebam illis, eo quod feminæ corrupte sapientia se virginis effingant, vt docuit August. lib. 1. de ciuit. Det. cap. 18. Ambrosii lib. 6. epiph. 1. ad Syngrium Porrense Ep. scopum. Panormit. in d. cap. fraternalitatis. Arnald. à Villanova lib. 3. brevarij. cap. 6. Et supponit cap. penult. de probationib. Sed non obinde ea diligentia omitenda est, quia ex ea esto non certa veritas elicatur, elicitur tamen probabilitas. Ob quam probationem diligentia quæ alia minus decens est licita, & honesta redditur.

Has matronas alicui videri posset debere esse septem, eo quod in cap. propositi de probationib. dicatur iuramento pueræ. & testimonio illarum septem mulierum esse potius fidem adhibendam. Verum ibi narratur factum, non autem deciditur id necessariam esse ad attestationem. Quare existimo duas, vel tres sufficiere. Non enim recedere debemus absque expresso Textu à regula communis asserente in ore duorum, vel trium state omne verbum. Cap. in omni negotio de testimoniis. Quinimodo Macard. de probat. concl. 1174. num. 21. placet, si in oppido vñ tantum matrona sit, & hæc satis peitia eius testimonium sufficiens esse, quodque probabile reputat Sanch. lib. 7. disp. 111. num. 17.

Debet autem haec matronæ esse honestæ, prouidæ, & prudentes, vt constat ex cap. fraternalitatis. cap. fin. de frigidis. & maleficiis, testarique debent iuxta propriæ artis peritiam, hoc est quantum ex arte propria comicer possunt virginem esse, aut non esse, impedimentum habent arctitudinis vel non. Aliam autem certitudinem habere nequamquam possunt. Ut vero testimonium præbeant, debent non tantum inspicere virginem, sed manibus obrectare, vt videatur supponi cap. penult. de probationib. ibi, sapientia fallitur. & oculus obsterit. Præter has diligencias alias poterit Iudex facere, si haec sibi vita non fuerint sufficietes. Vnde potest Medicos vocare, vt eum ex eorum testimonio impedimentum arctitudinis confiteat. Neque enim in re tam graui, vt bene Sanch. disp. 113. num. 28. in fine, qualibet diligentia superflua censenda est: agitur namque de matrimonij dissolutione, deque licentia ad alium coniugium transcoendi.

S. XI.

An coniux propriæ autoritate recedens ob alterius impotentiam sit statim restituendus?

- 1 Refertur triplex sententia.
- 2 Resoluitur coniugem recedentem statim esse restituendum, nisi incontinenti probations impotentia certas, & evidentes offeras.
- 3 Quod officiis procedit, cum coniux recedit, antequam triennium experientia à iure concessum elapsum sit.

Très sententias probables refert in hoc puncto Sanch. lib. 7. disp. 112. Alii negant esse locum restitutio, quia sponsum

spolium non est, ubi matrimonium non fuerit consummatum. Argum. cap. ex transmissa, de restitu. spoliat. ubi viro per teni restitutionem vxoris ei conceditur, dummodo prober matrimonium & copulam. Ergo cum coniux potius intendit copulae impotentiam probare, nequit restitutionem petere. Alij vero affirmant restitutionem concedendam esse, si sponsa de presenti iraducta sit in domum sponsi, secus si se virginem esse probauerit. Alij tandem concedunt restitutionem quoad habitationem, mutuaque obsequia, secus quoad copulam, quia copula possessionem non habet.

Ego vero dicendum existimo coniugem recentem statim esse restituendum, nisi inconveniens coniux recedens probations impotentiae certas, & evidentes offerat: nam illis oblatis non restituio, sed matrimonij irriti declaratio facienda est. At seclusa probatione certa, & evidenti impotentiae restituendum est coniux recedens antequam de valore matrimonij audiatur, non solum ad matruam cohabitationem, obsequiorumque exhibitionem, ut placuit Sanch. d. disp. 112. num. 8. sed etiam ut copula vacare possint, ut colligunt ex cap. ex parte, de restitu. spoliator. Ratione namque matrimonij coniuges adiuvicem ius possident, nisi Religionem profiteri velint, ut mutua sibi obsequia praestent, mutuoque habent, mutuoque reddant sibi debitum peritum. Ergo coniux hoc iure alterum spoliari ante omnia cogendus est coniugi spoliato restitutionem praestare.

Hæc efficacius procedunt, cum coniux recedit antequam triennium experientia à iure conceplum elapsum sit, eo quod hoc tempus à iure concedatur ad examinandam impotentiam. Quà examinatione omisā impotentiae allegatio nullius est momenti, ut docuit Sanch. dicta disp. 112. num. 12. Quod si lapsus triennio coniux ob impotentiam alterius recedit, non est statim restituendum, sed admitti debent impotentiae exceptiones, sicut ex communī sententia tradit Sanch. supra.

XII.

Qualiter prius matrimonium ob impotentiam dissolutum restaurandum sit?

1. Si ob impotentiam ex frigiditate prouenientem separetur à priori coniuge, incapax est alterius coniugii.
2. Matrimonio dissoluto ob scemine arctitudinem, si illa aliud ineat, sub distinctione respondetur, an reddenda sit priori viro.
3. Si dissoluto matrimonio ob impotentiam ex maleficio prouenientem facta fuerit iuxta requisita à iure, nulla restauratio facienda est.
4. Si ob impotentiam in genere absque expressione causa specialis prius matrimonium dissolutor, & vir impotens aliud ineat matrimonio statim separandus est.
5. Ibi in casibus, in quibus prius matrimonium instaurandum est, uterque coniux penitentiam agere debent de peritio.
6. Coniuges redditi ad prius coniugium posteriori dissoluto, si intra triennium copulari non possunt separandi sunt, & ad posterius coniugium reddendi.
7. Sententia in coniugali causa non transit in rem indicatam.
8. Apponuntur aliqua notabilia pro predictorum intelligentia.

Si coniux ob impotentiam ex frigiditate prouenientem à priori coniuge separatur, incapax est alterius coniugii. Quare si de facto aliud init statim separandus est, utrōque incapax iudicatus. Si vero secundum matrimonium consummaverit priori coniugi si vivit, restituendum est, quia iam constat falsa impotentiam allegata. Et idem est, si qualibet aliam sceminam forniciari cognovisset. Quinimodo esto prior vir obierit cum secundas nuptias contrahit, ab illis separari debet omnino, quoque se potenter probet, & Ecclesiast. fuisse deceptam, quia interim stat aduersus eum presumptio. Vt ex communī sententia docent Sanch. lib. 7. disp. 99. à n. 4. Gutierrez de mar. cap. 115. n. 1. & seqq. Basilius Ponce, lib. 7. cap. 64.

Matrimonio autem dissoluto ob scemine arctitudinem, si ipso aliud ineat matrimonium, distinguendum est, si separatio fuerit, ut quod comparatione cuiuslibet viri iudicata fuit ita arcta, ut absque periculo vita cognosci non possit separanda est, & priori coniugi reddenda. At si facta fuerit matrimonii dissoluto ob arctitudinem respectuum, quia scilicet respectu prioris viri arcta fuit iudicata (vt regulariter coniungit) non est statim à secundo viro separanda, & priori reddenda, tamen non leuis aditū præsumptio nullificans secundi coniugii, sed ante omnia examinandum est, si secundus vir priori sit omnino similis, ut inde inferatur à priori viro cognosci potuisse, iuxta Texum in cap. fraternitas de frigidis, & maleficiis. Quippe potest mulier comparatione viuis esse ita arcta, ut absque periculo vita nequeat

cognosci, quæ ab aliis absque hoc periculo cognoscibilis sit, ut recte tradidit Sanch. d. disp. 99. à n. 15. Cui allentur Gutierrez d. cap. 115. num. 4. Basilius lib. 7. cap. 94. num. 3.

Vero si dissoluto matrimonio ob impotentiam ex maleficio prouenientem facta fuerit lapsus triennio experientia, alisque probationibus à iure requisitis, nulla restauratio facienda est, tamen si maleficiatus aliud matrimonium incaquia fatis commune est aliquem esse maleficatum comparatione viuis tantum, & non alterius, sicut videtur expeditum in cap. fin. 33. quæst. 1. & leg. regia finalis tit. 8. part. 4. ibi: [Mas si el que fuere maleficido maguer lo departie la Santa Iglesia de una muger, si despues casale con otra bien puede fincar con la segundas & no debe torna a la primera. E esto es porque podria ser maleficido a la primera muger, e no a la segundas] Et tradit ibi Gregor. Lopez, Sanch. plutes referens lib. 7. cap. 6. num. 6.

Quod si ob impotentiam vii in genere absque expressione causa specialis prius matrimonium dissoluantur (quod Index præstat non debet) si vir possit aliud ineat matrimonium statim separandus est, ut potest qui absolutè est impotens iudicatus, mulier vero si alteri non habet separari non debet, quoque prius inuestigetur causa impotentie, ob quam prius coniugium fuerit dissolutorum, quod optimè cognoscitur, si Index qui prioris matrimonij dissolutionis sententiam protulit causam dissolutionis exprefserit. At ea non expedita ex actis in priori processu, & ex causis quas testes, & matrona reddiderint colliger Index dissolutionis causam. Quod si neque ex his cognoscet posse, denouo Index inquirat causam impotentie. Interim tamen mulier à secundo coniugio separari non debet, quia stat pro ipso possit, ut prudenter discutit Sanch. lib. 7. disp. 99. à num. 27. quem sequitur Gutierrez de mar. d. cap. 115. num. 9. Basilius Ponce lib. 7. cap. 64. num. 4.

In Illis autem casibus, in quibus prius matrimonium instaurandum est, uterque coniux penitentiam agere debent de peritio commisso, dum in separacione iurant impotentiam iuxta Texum in cap. laudabilem de Frigidis & maleficiis, ibi: Et peracta penitentia cognatur, ad connubia prius redire, & idem habetur c. equi p. 13. q. 1. Sed ut inquit Terceramenta ibi in fine, satis est penitentiam incepit esse, inde ut placet Sanch. d. disp. 99. num. 30. Gutierrez cap. 115. num. 5. sufficie esse penitentiam esse iniunctam, quia satis est penitentia exequenda obligacionem subiisse, ut præsta moratur celebatur. Neque enim credendum est Pontificem velle ob penitentia executionem instaurationem prioris matrimonij deferre cum animarum iactura.

Coniuges vero redditi ad prius coniugium posteriori dissoluto ob errorē deprehensionem, si intra triennium copulam non possint, omnino separandi sunt, & ad posterius coniugium reddendi; quia coniunctur impotentiam respectuum vel ex frigiditate, vel ex maleficio habere ut pluribus relationis afferit Sanch. d. disp. 99. num. 24. At si tempore quo prius coniugium instaurandum esset alter coniux sit professus, cum per professionem prius matrimonium ratum dissoluit, nulla est restitutio facienda. Coniux vero transiens ad secundum matrimonium separandus est, si ante professionem alterius transiit, quia nulliter contrahit: fecit vero si professus facta transiit, ut ex Petro de Ledesma notauit Sanch. d. disp. 99. num. 3. vbi num. 39. inquit: Si ad sacros Ordines vir ascendit, uxore in sculo remanente restituendum viri efficitur, se perit, quia sibi Ordinibus matrimonium ratum non dissolvit, secus ipsa non potest.

Ex supradictis manifestum est sententiam in coniugal causa latam quantumcumque confirmata sit, ut clausus fuerit terminus ad appellandum non transire in rem iudicatam, sed retractandam esse, quoties competit fieri ex errore profectus, ut decidiatur cap. lator. vers. mandamus Cap. coniuginei. Cap. tenor. de sententia. Et re indic. Cap. fraternitas de frigidis, & maleficiis. Et ibi communiter Doctores, quos refert, & sequuntur Couturier. 4. decret. 2. part. cap. 8. § 12. num. 1. & sequentia. Sanch. lib. 7. disp. 100. num. 1. & sequentia. Quinimodo Index ex officio etiam inuita parte tenetur ad huiusmodi retractationem, quia sua intercessio peccata auferre, & inconvenientia vitare, ut dicitur in cap. Porro de diuinis. At non leue est inconveniens matrimonium validum irriuum declarare, & virtute huius declarationis coniuges se liberis reputare, cum tamen non liberi, sed alligati existant. Sic docuit Cardinal. in cap. lator. num. vñico vir. In glof. fin. de lente. & retinac. Sanch. d. disp. 100. num. 3. Gutierrez c. 1. n. 4.

Pro huius illationis intelligentia plura aduentur Couturier. Sanch. & Gutierrez locis allegatis, quæque sunt maxime notanda. Primum sententia in caula matrimonii non transire in rem iudicatam quoad hoc, ut per vim querela non possit contra eam allegari, non solidum à coniuge condemnato, sed etiam à quocunque alio, quia omnibus competet peccata vitare. Sufficit autoritatē rei iudicari, sive per appellationem corrigi possit, né ve impugnetur, quin allegans contra plam sive impugnationis causam verosimilem proponat, quam Index prius

peius summarie non citato adulterio cognoscere debet; quia verisimili apparente audiendus est, si minus repellendus. Audiri autem debet noua querela, nouoque libello proposito, quia secundum priorem instantiam transit sententia in rem iudicatam ex Textu in cap. ex litteris ad finem, de in integrum restitut. proponendaque est querela contra eo iudices, qui adiri potest per simplicem querelam, qui ei ipse coram quo prius causa matrimonialis acta fuit vel agi potest. Secundò adquerunt sententiam in causa matrimoniali transire in rem iudicatam quoad expensas, in quibus succubens condemnatus fuit, quia ex summae huius condemnationis nullum peccatum fuerit, quae est ratio retractandi sententiam circa matrimonij nullitatem. Ex quo evidenter inferitur, si obseruata sententia ex confessa virtusque coniugii peccatum esset, vt contingit, cum lis mouetur circa matrimonij valorum ob impedimentum metus, vel conditionis scelus ignorata. Et hic qui allegavit, impedimentum succumbit, quia pronunciata sententia valuisse coniugium legitimè tempore non appellauit, aut appellationem non est proleccetus, non potest adulterius sententiam latam infungere, quia ex huius obseruatione nullum est peccatum.

Pro complemento doctrinae de impedimentis matrimonij supererat dicendum de impedimento coactionis, & clandestinitatis. Sed de his disp. 2. vbi de matrimonio coacto, & clandestino late egimus.

PUNCTVM VLT.

De dispensatione impedimentorum matrimonij.

Plura in presenti examinanda tractat, de legib. disp. vlt. de dispensationib. pro tenuitate nostri ingenii enodauimus, id est quae illis suppositis quae propria fuerint huius puncti, decedemus.

§. I.

Qui possunt dispensare in impedimentis matrimonij dictamentibus?

- 1 In impedimentis iure naturali, & Divino dirimentibus nulla humana potest dispensare potest. Secus in impedimentis iure Ecclesiastico dirimentibus.
 - 2 Prater summum Pontificem nullus alias iure ordinario in predictis impedimentis dispensare potest.
 - 3 Hinc si iure ordinario non posse Episcopum dispensare in predictis impedimentis.
 - 4 Nequiciem delegatus summi Pontificis, nisi ei specialiter committatur.
 - 5 Comparsarius Cruciae ex delegatione potestatem habet dispensandi in impedimento affinitatis ex fornicatione provenientem.
 - 6 Deinde Nuntius Hispaniarum facultatem specialem habent dispensandi ante & post contractum matrimonium in impedimento publica honestatis.
 - 7 Ratione urgentis necessitatis posse Episcopum dispensare cum his, qui bona fide impedimento ligati contraherentur, ut matrimonium ratiificant, docent Doctores communiter.
 - 8 Explicatur qualis sit virgines necessitas hanc potestatem concedens.
 - 9 Prudicitate potestate gaudent Episcopi non solum post contrahendum matrimonium, sed etiam ante, si causas necessitatis exigentis dispensationem occurrat.
 - 10 Aliqui afferunt posse Episcopum post matrimonium contrahendum dispensatione subreptitia obtinere dispensare in eo impedimento dispensationem Pontificis confirmando.
 - 11 Hoc extenso non approbatur.
 - 12 Vicarius generalis Episcopi non gaudent hac facultate.
 - 13 Resolutori posse Episcopum praedito Vicario eam facultatem concedere.
 - 14 Satisfit oppositis fundamentis.
 - 15 Plures Doctores censem non posse Episcopum dispensare in impedimento matrimonio superuenientibus petitionem debitum interdicibilis.
 - 16 Verius est [peciat]a consuetudine hanc Episcopis facultatem esse concessam.
 - 17 Ob eam consuetudinem possunt Episcopi dispensare, ut debitem petant qui votu castitatis ligati matrimonium contraherentur.
 - 18 Societas Religiosi, aliquique Mendicantes destinati à suo Provinciali facultatem habent dispensandi ad petendum debitum, cum his qui votu castitatis ligati contraherentur.
- Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Ex supradictis constat aliqua esse impedimenta iure Diuino, immo naturali matrimonium impedita, alia vero solo Ecclesiastico. In impedimentis iure naturali, & Diuino matrimonium impeditibus, qualia sunt impotentia, & ligamini, & secundum communem sententiam consanguinitatis in primo gradu nullus potest dispensare, quia nulli inveniuntur haec concessa potestas: ut colligitur ex his que diximus d. tract. 3. disp. 6. punt. 2. &c. At in impedimentis, quae à iure Ecclesiastico proueniunt, optimè potest Pontifex dispensare, licet si aliis causa, validè eā non interueniente, siquidem ab eius voluntate habent esse matrimonij impedimenta, ut latius dixi d. disp. 6. punt. 4. Solum erat dubium, An Pontifex dispensando in impedimento, quod matrimonium dirimebat, quo sublatio coniuges denō contrahent ilium illegitimum, conceperunt legitimum reddat non nullum quod officia Ecclesiastica, sed etiam quod secularia. In quo dubio eis plures negauerint, probabilius censiuius affirmatiuam partem tract. 13. de benef. d. disp. 4. p. 1. §. 5.

Præter summum Pontificem nullus alias iure ordinario in predictis impedimentis dispensare potest, quia in lege Superioris nequit inferior dispensationem concedere, nisi ab ipsorum Superiori iure, vel consuetudine reperiatur concessum. Vt diximus d. disp. 6. p. 5. At nec iure, nec consuetudine reperiatur posse alium a Pontifice iure ordinario in impedimentis dirimentibus dispensare. Ergo horum dispensatio filius est summi Pontificis, sic docuit Anastas. Germanus de sacrorum inveniunt atib. 3. cap. 11. n. 105. Tolet. lib. 7. sum. cap. 18. num. 5. Gutier. de marit. cap. 122. num. 2. Sanch. plures referentes lib. 8. disp. 6. n. 14.

Hinc si in his impedimentis iure ordinario non posse Episcopum dispensare, quodque de impedimento affinitatis, seu consanguinitatis decimus est, à sacra congregazione teste Farinacis volum. 4. decis. concil. sess. 24. cap. 5. ad finem. ibi. Episcopus autoritate ordinaria non habet facultatem in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis à iure prohibitus contrahentes matrimonia dispensandi. At idem est de aliis impedimentis. Quare non est audiendus Dominic. Sotus in 4. d. 4. 2. quæst. 1. art. 1. ante solutionem ad primum principale, afferens posse Episcopum dispensare in impedimento cognitionis orta ex Baptismo tempore necessitatis collarlo. Et q. 2. articul. 2. in fine corporum sequitur Ludovic. Lopez 2. pars. instruct. cap. 51. in fine. Eman. Saa, verbo Matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus num. 6. afferens dispensare posse in impedimento cognitionis legalis. Et d. 4. q. 1. vñca art. 2. in fine. Cui adhæret Ludovic. Lop. tract. de marit. cap. ultim. ver. propriea. Saa, verbo matr. vbi de impedimentis dictamentibus n. 12. dicens in impedimento publica honestatis ex sponsalibus orta, si expeditissimum non sit accessus ad Pontificem posse Episcopum dispensare. Non inquam Sotus, neque alijs Doctores ipsum frequentes audiendi sunt, quia nullo fundamento narrantur, cuius virtute in his impedimentis hanc potestatem Episcopo concedant, cum in aliis impedimentis ex omnium ferre sententia denegetur. Sic ut recte norauit Sanchez dicta disp. 6. n. 17. Gutier. tract. de matri. c. 122. n. 4.

Secundò fit in his impedimentis neque Legarum summi Pontificis potestatem habere, nisi ei specialiter committatur, quia in dispensationibus non habet Legatus à latere ampliorum facultatem in provinciis sibi commissa, quam Episcopus in sua diaecesi: sicuti docent Glosa in cap. quia circ. verbo à sede. Ec. cap. quod dilectio, verbo indulgentia, de consanguinitate affinitatis. Ionocent. in cap. ex parte num. vñco de Transactionibus Et ibi Immola num. 6. Abbas in cap. quod translacionem, num. 9. de officio legati. Coartau. de spon. al. 1. part. cap. 6. §. 10. num. Anton. Cuchus lib. 2. inst. maior. tit. 1. num. 142. Coninch. disp. 3. dub. 3. corol. 5. Gutier. de marit. cap. 122. num. 3. Sanch. lib. 3. disp. 6. n. 15. & alijs pallini.

Dixi iure ordinario, nam ex delegatione Commissarius Cruciae potestate habet dispensandi in impedimento affinitatis ex fornicatione provenientis cum his, qui seruata formâ Trident. Conc. sess. 2. 4. cap. 1. de reformat. matrim. contraherunt hoc impedimento ligati, sitamen ex parte vñcis contrahentis bona fides adfuerit tempore contractus matrimonij, ipsiusque declaratur fuerit eius nullitas, tametsi causa specialis non declaretur, vt adiurerit Sanch. lib. 8. disp. 6. n. 2. 3. Gutier. c. 122. num. 8. Coninch. disp. 3. dub. 3. corol. 6. in fine. Gaspar Hurtado de murim. disp. 2. 6. difficult. 2. num. 8. Basilius Ponce, lib. 8. cap. 13. num. 8. Insuperque potestatem habet legitimandi problemum suscepit, & suscipiendam ex eo matrimonio. Quod intelligendum est quando sicut suscepta virtusque contrahentis mala fide, vt adiuteretur Sanch. Coninch. Basil. & Hurtad. supra. Nam stante bona fide ex parte vñcis proles inde concepta legitima est, ut Textum in cap. ex tenore. Qui siq[ue] simi legitimi. Hanc potestatem dispensandi, & legitimandi problemum exercere potest Commissarius etiam præsente Pontifice, quia est ei absque illa restrictione concessa, sicuti notarunt Sanch. Basil. Coninch. & alijs supra.

Deinde Nuntius Hispaniarum facultatem specialem habent dispensandi ante & post contractum matrimonium, impedi-

dimento publicæ honestatis, legitimandique prolem suscipit, teste Nicolao Garcia, 11. part. de benef. cap. 5. num. 367. quem approbare videtur Basil. Ponce, lib. 8. cap. 13. numero 10.

7 Ratione tamen virginis necessitatis posse Episcopum dispensare cum his qui bona fide impedimento ligati contraerunt, ut matrimonium ratificant docent communiter Doctores, Sylvest. verbo dispensatio, qua. 9. §. decimoquinta. Armilla ibi: num. 20. Angel. num. 5. Nauar. cap. 22. num. 85. Sanch. lib. 2. disp. 40. num. 3. Coninch. disp. 33. sub. 3. concil. 3. Vaz. 1. 2. disp. 178. cap. 2. num. 16. Rebelle. 2. part. de obligat. iust. lib. 3. quest. 5. num. 20. Salas de legib. disp. 20. sct. 3. num. 25. Basilius Ponce, lib. 8. cap. 13. num. 2. Riccius praxi deci. 3. 61. Gaspar Hurtado disp. 26. de matr. difficult. 2. num. 6. Gutierrez de matrimon. cap. 49. num. 7. & alii plures apud ipsos. Ratio, quia cum hæc facultas dispensandi animarum bono maximè expediatur, non est verosimile Episcopis denegari esse à Pontifice, præcipue cum ipse Pontifex ignoret non possit passim Episcopos hac facultate vt, Doctoris que litteris, & scriptis mandare ea vti posse.

8 Vt autem hac potestate Episcopus vtratur virgins necessitas esse debet, qualis est si coniuges ablique gravi inconvenienti separari non possunt, neque pro dispensatione obtinenda est facilis recursus ad Pontificem, vel ad eum qui vices Pontificis habent, tum ob paupertatem, tum quia Pontifex, & priuilegiatus longè distant, & interim coniuges incontinentia periculum patiuntur, vt aduentur predicti Doctores. Neque pauperibus coniugibus obligatur Episcopus pecunias concedere, vt dispensationem imperire, sicut afferuit Gab. Vazq. loc. citato: quia alia opera nobiliora Episcopo offerri possunt, in quæ suam pecuniam expendat, vt bene Salas, de legib. disp. 20. sct. 3. num. 27. Sanch. lib. 4. sum. cap. 40. num. 19. Basil. Ponce, lib. 8. de matr. cap. 1. 3. num. 3. Et latius diximus dicta disp. 6. de legib. p. 5. num. 9. Item impedimentum debet esse secretum, alia non virget necessestas obtinendi ab Episcopo dispensationem, vt docuerunt pluribus relatio Riccius, Sanch. Coninch. Basili. loc. alleg. Præterea debent coniuges matrimonium bonâ fide contraxisse, quia non presumitur Pontifex altera velle facultatem Episcopo concedere: coniuges enim mala fide contrahentes digni non sunt Ecclesiæ benignitatem experiendi, cuius salubrità præcepta temere contemperunt. Vnde si temere, & malitiosè omisitis denunciationibus contraxerint, nequaque poterit Episcopus dispensare ob rationem Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. de reformat. mar. quia eius autoritatem contempnerunt, indigne sunt experiendi Ecclesiæ benignitatem, sicut aduerit Sanch. Coninch. & Basil. loc. alleg. Quinimò Nicol. Garcia 11. part. de benef. cap. 5. num. 37. virgines coniugis bonam fidem ad hanc Episcopalem dispensationem exigunt; alias coniugi mala fide contrahenti dispensatio concedetur. Sed rectius Thom. Sanch. lib. 2. disp. 40. num. 4. Et Basil. Ponce, lib. 8. cap. 13. num. 4. censent viuis coniugis bonam fidem sufficiemt esse ad hanc dispensationem concedendam, quia stante viuis coniugi's bonâ fide confutetur matrimonium bona fide contrarium. Argum. cap. 3. in inhibitu de clavis de sponsal. Et cap. ex tenore. Quis sibi sint legitimi. Neque æquum erat, vt matitia viuis alteri noceret, potius namque benignitatem Ecclesiæ decet, vt ratione innocentis nocenti beneficiat.

9 Prædicta potestate gaudet Episcopus non solum post contractum matrimonium, sed etiam ante, si casus necessitatis exigunt dispensationem occurrit; sicut occurrere potest, cum aliqui morti proximus matrimonium contrahere astringunt ob legitimandam prolem, ob reflaurandum honorem ob discordias fedandas, vel ob propriæ animæ salutem, vt docuerunt Sanch. lib. 2. disp. 40. num. 7. Gab. Vazq. dicta disp. 178. cap. 2. Salas de legib. disp. 20. sct. 1. Basil. Ponce, lib. 8. c. 1. num. 6. Gaspar Hurtado, disp. 2. 6. diff. 2. num. 7. Et colligatur ex cap. 2. de desponsat. impuber. ibi: Disfrictus inhabernus, ne aliqui ante etatem canonibus prescriptam coniungantur, nisi forte aliqua urgentissima necessitate interuenient, vt potè pro bono pacis talis coniunctio toleretur. Toleretur inquam non permisimus, sed approbat, vt aduerit Basil. Ponce, d. cap. 13. num. 6. Ergo ex virginis necessitate ante contractum matrimonium potest Episcopus in impedimento virgis dispensare, sed eadem est ratio in aliis impedimentis. Ergo in omnibus admitti debet hæc dispensatio. Ratio autem ut manifestè convincit, id est namque conceditur Episcopo potestas dispensandi in his impedimentis matrimonio contracto, quia communis Reipublicæ bono, animarumque saluti expedit, ne virginis necessitate homines remedio salutari destituantur: at ante matrimonium contractum virgere ea necessitas dispensationis potest, vt compertum est. Ergo concedenda est Episcopis hæc potestas.

10 Ad hæc reduci potest sententia Glossæ, Cardinalis, Hohenfelsi, Henrici, Alexandri de Neu, & aliorum in cap. quia circa, de consanguinit. & affinit. Speculatoris tit. de desponsat. s. nunc de Episcoporum. num. 17. ver. 144. Seluz. beneficior. 4. part. 2. 7. num. 140. Bertachini tract. de Episcopo, lib. 4. part. 2. qu. 49.

num. 139. ver. 141. Conrad. in templo indic. lib. 2. cap. 5. de Episcopo. §. 40. s. 6. ver. 140. Gua. de potest. Pontificis c. 17. ver. 127. sub dubio Basilius Ponce, lib. 8. cap. 13. Et Gaspar Hurtado disp. 26. difficult. 2. assertum posse Episcopum post matrimonium contractum dispensationemque subiecti obtinere dispensare in eo impedimento, dispensationem Pontificis confirmando. Quia id videtur concessum in d. cap. quia circa, quatenus Pontifex consulitus de his qui subiecti, dispensationem contrarerunt respondit Episcopo interrogans: Dillimulare poteris, vt remaneant in copula scit contracta, cum ex separatione videoas graue scandalum immovere, illa namque dissimulatio dispensatio est. Nam licet dissimulatio superioris, quæ suo facto, & impunitate sit non sit dispensatio, vt probat Texrus in cap. cum iam dudum de prabendis: at dissimulatio verbis facta dispensatio censi debet, quia est quædam approbatio.

Hæc tamen extensio mihi non probatur, quia nullo fundamento nititur. Nam ex Texru in cap. quia circa, nullatenus colligi posse Pontificem Episcopis hanc potestatem concessisse, ad summum enim probatur eo casu datum fuisse illi Episcopo tam facultatem, non tamen inde inferendum est omnibus Episcopis datum esse. Sed neque hoc ex predicto Textu probatur. Nou enim Pontifex alicuius dispensationis meminit, sed solum dixit ob graue scandalum ex separatione immovens permitendo esse illos coniuges in sua bona fide perseverare. Si autem ipse Pontifex dispensaret, vel facultatem dispensandi Episcopo concederet, monendi essent coniuges, vt matrimonium revaliderent, quia copula subiecta cum procederet ex errore, quo credebat se matrimonio esse ligatos matrimonium constitueri non poterat, vt falsò, & fatis inconsequenter suis principiis existimat Basil. Ponce, d. lib. 8. cap. 13. num. 7. vt interpretationem legitimam Thom. Sanchez libro 2. de matrimon. dispu. 3. 8. numero 12. impugnaret.

Vicarius vero generalis Episcopi prædicta facultate dispensandi non gaudet, tamecum in eius facultate expressum est, vt possit dispensare in casibus Episcopibus etiam matrimonialibus, quia cum ijs casus non pertineant Episcopo iure ordinario, sed extraordianario, ob virginem necessitatem nou censemur Episcopales, vt docuit Henr. lib. 12. t. 13. num. 1. Sanch. lib. 2. disp. 40. n. 9. & 10. Gutierrez de matr. 49. num. 13.

An autem Episcopus eam facultatem suo Vicario vel alteri delegare possit: difficultate non carere, eo quod iurisdictio voluntaria commissa ex priuilegio Principis delegari non potest, secundum Bald. leg. 3. num. 6. Cod. quando prætorum est necesse. Et tradit Gratian. plutes referens reg. 443. num. 13. sed hæc iurisdictio dispensandi in casu virgines necessitatis commissa est à Pontifice Episcopis: ergo nequeunt Episcopi eam delegare. Et confirmari potest tum ex cap. vlt. 4. fin. de officio delegat. vbi dicitur: Quod nulli cui commissum fuerit excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus licet hæc alijs demandare: quia non iurisdictio sed cursum ministerium illi commititur: tum ex decreto Concil. Trident. sess. 2. 4. cap. 6. de reformat. ibi: Et in quibusconque casibus, concedit namque Episcopis casus occulto, vt possint ab eis per seipso, vel per Vicarium specialiter deputatum, quoconque fibi subditos absoluere. Ergo ex se Vicarium deputare Episcopi non poterant, alias virgines concilium id expressi: Sed omnino tenendum est posse suo Vicario, & cilibet alteri potestare dispensandi in impedimentis ob virginem necessitatem specialiter delegari, sicut docuit Couaruu. lib. 3. var. cap. 2. 3. num. 6. Sanch. lib. 2. disp. 40. num. 13. Gutierrez de matr. cap. 4. num. 16. Ratio ea est, quia hac potestas à Pontifice conceditur Episcopis quatenus tales sunt. At iurisdictio Principis priuilegio, competens alicui non quælibet persona est, sed quatenus talem dignitatem, vel officium retinet, non est delegata, sed ordinaria, & iurisdictio ordinaria iura haberet, vt tradit Bart. in leg. ambitio. num. 4. ff. de decretis ab ordine faciend. Couaruu. d. cap. 10. n. 6. Sanch. disp. 40. num. 14. Gutierrez. num. 16. Ergo hæc potestas Episcopis competens cum eorum dignitatibus, & officio perpetuo sit annexa delegari potuit iuxta Gloss. in cap. fin. de officio ordinarij. Quod adeo verum est, vt non solum possit Episcopis hanc potestatem delegate pro uno vel alio casu occurrente, postquam ipse casus euenerit, vt placuit Henr. lib. 6. de potest. cap. 14. num. 7. iuncto commento litt. O. Et lib. 14. de irregular. cap. 19. in fine, sed antequam casus illus euenerit poterit hanc potestatem suo Vicario, vel alteri ad omnes casus eueneritos specialiter delegare. Verbum enim specialiter non speciale casum exigit, sed speciale, & expellit delegationem, vt tradit alius relatis Sanch. d. disp. 40. n. 17. Gutierrez. cap. 49. num. 2. 1.

Neque obflat oppositum fundamentum: admittit iurisdictio Sionem commissam à Princeps delegari non posse, si commissa sit personæ, secus verbis si commissa sit dignitati, vel officio in perpetuum. Erat Texrus, in cap. vlt. 4. fin. de officio delegat respondeo id esse intelligendum, quando nudum ministerium com

committitur personæ, quod non est quando ex priuilegiis perperuo dignitati concelebriam potestatam habet, quia tunc non est nudum ministerium, sed iurisdictio ordinaria. Ad decreta Concilij responder optimè Sanch. & Gutierrez. locis aliegatis non posse Vicarium ratione vicariatus dispensare in iis casibus, qui ob urgorem necessitatem Episcopis conceduntur, bene tamen si specialiter ad id munus fuerit deputatus. Neque enim dicendum est in hac commissione Episcopis facta certæ personæ industria electam esse, siquidem non solum Episcopis præsentibus, sed futuris facta est. At futuri Episcopi incogniti sunt. Ergo illius electis non est electa industria certæ personæ, ut optimè docet Isidorus in leg. more, num. 6, s. ff. de iurisdict. omnium iudic. Gregorius Lopez in leg. 47. in fine. tit. 18. part. 4. Menochius relatis lib. 1. de arbitr. q. 4. n. 17.

¶ Post si de impedimentis matrimonio superuenientibus loquamur, queque debiti periculum interdicit, ut est affinitas contracta cum coniuge ob incestum cum eius consanguineo in primo vel secundo gradu commissum, vel spousa his cognatio ob filium levatum ex aero fonte, plures grauissimique Doctores. Courauri. in 4. decret. 5. recopilat. tit. 1. Rub. gloss. 1. num. 6. ad finem Matieni. lib. 5. recopilat. tit. 1. Rub. gloss. 1. num. 103. Grafis 1. p. decisi. lib. 2. c. cap. 8. r. num. 3. Galpar Hurtado disp. 26. difficult. 2. & ali quoniam mentini Gutierrez. lib. 1. canon. 99. cap. 2. r. num. 16. existimat Episcopo nequaquam competere periculum dispensandi, nisi ad summum in casu virginis necessitatem, ut diximus competere in impedimentis matrimonio dirimentiibus, ut matrimonium contrahatur, quia nulli reperiunt hæc potestas Episcopis concessa.

¶ Ceterum esti spectato iuri rigore prædicta sententia amplectenda sit; at spectata confusione censio verisimiliter posse Episcopum cum his coniugibus in debiti petitione dispensare, ut probat vsus, & confutudo, quem habent in his impedimentis dispensandi. Neque dici potest id fieri ob virginem necessitatem, cum facilis semper aditus pateat ad Religiosos Mendicantes, qui haec potestendi dispensandi gaudent. Atque ita sustinet Valencia 4. t. disp. 10. q. 5. p. 5. Sanchez. lib. 8. disp. 12. m. 3. Basil. Ponce lib. 8. cap. 1. num. 9. Gutierrez. demar. cap. 122. num. 15.

¶ Ob candem confusioneum asserendum est posse Episcopum dispensare, ut debitum pertinet iij qui voto absoluto castitatis ligati matrimonium contrixerint. Nam est hoc dispensari sit relaxatio partiis voti castitatis absoluti, id est ex iure non competit Episcopis, competit tamen illis ex confusione, ut tradit aliis relatis Sanch. lib. 8. disp. 12. a. num. 4.

¶ Illud est omnino certum Societas Religiosos, aliosque Mendicantes, quicque horum priuilegiis communicant, si à suo Provinciali facultatem habeant posse dii pensare ad petendum debitum cum iis, qui voto simplici castitatis ligati contrixerint, quicque post contrauum matrimonium affitatem habent, ut constat ex concessione facta à Pio V. relata in manucripto fol. 79. Et in nostris Privilegiis, verbo dispensatio. §. 8. & 9. Et tradit plures referens Sanch. lib. 8. disp. 16. n. 3. & Gutierrez. d. cap. 122. n. 14. & seqq. Et clericus Manuel Rodriguez ad bullam §. 1. num. 17. hoc priuilegium Religiosos concilium dispensandi ad petendum debitum cum iis, qui voto castitatis ligati contrixerint, vel post contractum matrimonii affinitatis impedimento altergantur, extendat ad eos, qui cognatione spirituali etiam contrixerint. Restitutus tamen Sanch. lib. 8. disp. 16. n. 9. negat, quia est diversum impedimentum consanguinitatis dispensare. Sic Henricus. lib. 12. de matr. capite 3. numero 9. Sanchez dicta disputatio 19. numero 25. Basilus capite fin. numero 23. Coninch. numero 46. Quarta, si in aliquo ex coniugibus periculum adfic grauem patienti iacturam in bonis quæ possidet, vel ius haber possidendi, nisi matrimonium contrahat cum eo quod est impeditus. Quia ad pietatem pertinet fauere patienti iacturam in propriis bonis. Quæ causa contingit, cum duo consanguines instituti sunt hæredes sub conditione, ut interfice coniungantur; aut si feminæ doctem habeat litibus implicatum, & consanguineus eam volens ducere in negotio periculus est, neque alius extraneus aequalis ita expertus offertur. Sic Gutierrez. conf. 18. numero 11. Sanchez 19. numero 19. & 20. Basil. dicto cap. fin. num. 23. Acquisitio autem diuitiarum per le non est sufficiens causa dispensationis, quia notam ad pieraterem, & bonum animæ conduceat, quam ad bonum temporale, quod regulariter in his dispensationibus attendi non debet. Ut adiuvet Basil. cap. fin. num. 23. Quinta causa legitimam dispensationem concedendi est conseruatio aliquius illustri familiæ in eodem sanguine, expedit enim Republica bono hæc conseruatio, leg. 1. §. denunciare, vers. publica. ff. de venture inspiciendo. Et sic inter Principes haec unica causa pro dispensatione obtinenda assignata solet. Quintum conseruatio diuitiarum in magna quantitate in eadem familia præter sufficiemt dispensationis causam ex d. leg. 1. Quia Republica bono maxime expedit familias locupletes integras conseruare, sicut docent alii relatis Sanch. d. disp. 19. num. 3. Basil. cap. fin. num. 24. Coninch. disp. 33. dub. 5. num. 49. Galpar. Hurtado disp. 26. difficult. 3. num. 12. Sexta; proles habita cum consanguineo ex matrimonio bona fide contracto, quia pietati congruit, ne coniuges separantur iuxta Texatum in cap. quia circa 5. de consanguinitate. Secundus vero est, si proles malæ fidei viriisque coniugis suscepit elicit, quia incestus non potest mouere Pontificem, ut dispensationem, & fauorem incestuoso concedat, capite cum haberet. De eo qui duxit in

§. II.

Quæ sint causæ ob quas Pontifex in impedimentis matrimonio dirimentiibus dispensare licet possit?

1. Viginior causa requiritur pro gradu propinquiori, quam pro remoto.
2. Expenditur late causa, qua communiter à Doctoribus assignatur.
3. Expenditur causa pro dispensatione votorum Religionis, & Castitatis.
4. Existere causæ legitimæ an teneatur Pontifex dispensare? Remissus respondet.

¶ Vædam ex his impedimentis prouenient ex sola lege Pontificia, ut impedimentum affinitatis, consanguinitatis, cognationis legalis, vel spiritualis, &c. Alia supponunt specialiter obligacionem prouenientem à voluntate ipsorum coniugium matrimonio aduerfam, ut sunt votum Religionis, & Castitatis. Hoc posito, Communis est omnium sententia vrgentiorum causam re-qui, ut dispensatio concedatur in gradu propinquiori consan-

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

guinitatis, vel affinitatis, quam in remoto, quia quo gradus propinquior est, eo minus decet coniunctio. Et eadem ratione grauor causa exigitur pro dispensatione consanguinitatis, quam legalis, & pro dispensatione cognationis spiritualis, quam legalis, & pro voto solemnis, quam simplici. Quod enim vinculum strictius est, eò magis virget ratio prohibitorum. Deinde carteris paribus, faciliter in praedictis impedimentis dispensatur cum Principibus, quam cum nobilibus, & faciliter cum iis, quam cum diutibus, & faciliter cum iis, quam cum hominibus ex infinita plebe, ut colligitur ex Conc. Trident. sess. 2. cap. 5. asserente in secundo gradu consanguinitatis solum magnis Principibus dispensationem concedi debere. Neque inde sit vitium acceptio personatum committi, cum adit specialis ratio huius prerrogative concedenda, scilicet bonum pacis, & Sedis Apostolæ indigentia, vel saltem grauus utilitas, quæ prouenit ex eo quod has personas specialiter deuicias habeat, ut notauit Coninch. disputatio. 33. dub. 5. num. 44.

Specialiter autem loquendo plures causæ legitimæ assignantur à Doctoribus, quibus Pontifex moueri potest ad dispensationem concedendam, quas breuer peritius geremus.

Prima est vitio scandali, quod evenerit, si mulier iacturam famam parciatur, nisi viro pro quo peritius dispensatio nubat, vel si his gravis, grauissima discordia timeatur, vel periculum fornicationis ob frequenter habitationem, nisi illud matrimonium celebretur. Hec enim redditur dispensationem honestam, & convenientem tum ipsi coniugibus tum Republica; & sicut docuit Nauarri. cap. 24. numero vlt. Courauri. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 10. num. 13. Sanch. multis citatis disp. 19. num. 4. Basil. Ponce lib. 8. cap. fin. num. 2. Coninch. disp. 33. dub. 5. num. 45. Secunda, si non reperiatur matrimonium aequali in eodem loco, ob angustiam loci, vel ob propagationem familliae. Nam dispensatione negatæ cogitur feminæ aut innupta manere, quod est graue damnum; aut in aliis locis in grare, quod est nimis durum; aut inferiori nubere, quod bono communis non expedit, liquident ex eo matrimonio infelices solent exitus sperari, & paz mutuusque amor abscondit. Sic Sanchez disp. 19. numero 13. Basilius dicit. cap. fin. numero 22. Coninch. dicto dub. 5. num. 46. & decimum est à sacra Congregatione 18. Nouembri anno 1570. prout Sanch. refert, & qualitas autem non est penitula solum ex generis, aut dignitatis paritate, sed magis ex honestate morum, ne inter coniuges pax deficiat, ut bene adiuventur Sanch. Basilius, & Coninch. supra. Tertia est defectus dotis sufficientis, ob quenam non potest viro extrinsecus aequali nubere. Expedit namque bono communi matrimonium inter aequales celebrari. Quod venit intelligendum, etiam si post mortem parentum spes sufficientem domet habiatur, si ramen de præenti eam non habet, neque habere possit, eo quod neque parentes cogere ad dorem competentem sibi assignandam. Nam cum dos de præenti necessaria sit ad onera matrimonij sustinenda; & constet nullum extrinsecus aequali reperiiri, qui eam ducere velit, ne cogatur innupta manere, potest Pontifex in impedimento consanguinitatis dispensare. Sic Henricus. lib. 12. de matr. capite 3. numero 9. Sanchez dicta disputatio 19. numero 25. Basilus capite fin. numero 23. Coninch. numero 46. Quarta, si in aliquo ex coniugibus periculum adfic grauem patienti iacturam in bonis quæ possidet, vel ius haber possidendi, nisi matrimonium contrahat cum eo quod est impeditus. Quia ad pietatem pertinet fauere patienti iacturam in propriis bonis. Quæ causa contingit, cum duo consanguines instituti sunt hæredes sub conditione, ut interfice coniungantur; aut si feminæ doctem habeat litibus implicatum, & consanguineus eam volens ducere in negotio periculus est, neque alius extraneus aequalis ita expertus offertur. Sic Gutierrez. conf. 18. numero 11. Sanchez 19. numero 19. & 20. Basil. dicto cap. fin. num. 23. Acquisitio autem diuitiarum per le non est sufficiens causa dispensationis, quia notam ad pieraterem, & bonum animæ conduceat, quam ad bonum temporale, quod regulariter in his dispensationibus attendi non debet. Ut adiuvet Basil. cap. fin. num. 23. Quinta causa legitimam dispensationem concedendi est conseruatio aliquius illustri familiæ in eodem sanguine, expedit enim Republica bono hæc conseruatio, leg. 1. §. denunciare, vers. publica. ff. de venture inspiciendo. Et sic inter Principes haec unica causa pro dispensatione obtinenda assignata solet. Quintum conseruatio diuitiarum in magna quantitate in eadem familia præter sufficiemt dispensationis causam ex d. leg. 1. Quia Republica bono maxime expedit familias locupletes integras conseruare, sicut docent alii relatis Sanch. d. disp. 19. num. 3. Basil. cap. fin. num. 24. Coninch. disp. 33. dub. 5. num. 49. Galpar. Hurtado disp. 26. difficult. 3. num. 12. Sexta; proles habita cum consanguineo ex matrimonio bona fide contracto, quia pietati congruit, ne coniuges separantur iuxta Texatum in cap. quia circa 5. de consanguinitate. Secundus vero est, si proles malæ fidei viriisque coniugis suscepit elicit, quia incestus non potest mouere Pontificem, ut dispensationem, & fauorem incestuoso concedat, capite cum haberet. De eo qui duxit in

matrimonium. ibi: Cum multiplicitas prolis ita suscepit magis eorum crimen exaggereret. Atque ita docent Gutierr. lib. 2. cap. 99. cap. 1. num. 107. Sanch. plutes referens, lib. 8. disputat. 19. num. 33. Coninch. & Hurtado locis allegatis. Septima, excellencia meritorum dispensationem petentes, vel eius cui pertinet dispensatio. Sicut habetur cap. tali coniugio. 1. qu. 7. Pertinet enim ad bonum communum Pontificem illis se gratiam exhibere, ut sic alij ad similia exercenda moueantur. Praterquam quod dignum est, ut benignitatem Ecclesie experiantur qui de ea sunt benemeriti. Sic Gallego be cognit. spirit. cap. 22. numero 17. Sanch. disputat. 19. num. 32. Coninch. & Basil. supr. Octaua solet legitimam causam dispensandi iudicari exhibito pecuniarum in subfidiu Sedis Apostolice maxime in gradibus aliquantulum remotoribus. Merito namque ob illud opus pietatis eximi potest a communis legis obligatione. Sanch. num. 5. Gaspar. Hurtado disputat. 26. difficult. 3. num. 12. Coninch. num. 49. His adde legitimam causam dispensationis consurgere posse ex pluribus sumi sumbris, quarum singulæ insufficiences reputantur, ut nonnaturam Sanch. d. dis. 19. num. 34. Coninch. & Hurtado. supr.

Quæ haecen dicta sunt specialiter procedunt pro dispensatione impedimentoum, quæ ex solo iure Ecclesiastico ortum habent. Si vero loquamusur de causis legitimis ad dispensandum in illis impedimentis, quæ ex ipsius coniugibus nascentur, quæ nulla alia sunt, quam votum Religionis, vel castitatis. Et intelligendum est de his votis quatenus solemnia sunt, & impedimentum dirimens præstant matrimonio contrahendo. Nam ob causa gravissima causa, & qua in bonum commune cedat exigitur. Cum enim obseruatio iniurabilis, & perpetua votorum, quæ in professione Religionis, Ordinique sacri allumptione emittuntur Ecclesia expedientissima sit, causa vi cuius hac obseruatio relaxetur gravissima esse debet. Ea vero stante pote Pontificis dispensare, ut probabilius defendimus. 2. p. tract. 16. de statu religioso. dis. vlt. punct. vlt. At si de votis Religionis, & castitatis simplicibus, quaque matrimonium contrahendum non dirimunt, sed impeditur sermo sit, ea causa dispensandi legitimata est, quæ voti executioni obstat: obstat autem potest vel ob periculum graue transgrediendi votum, vel ob graue difficultatem illud exequendi, sicuti late explicui tract. 15. de voto. dis. 2. punct. 9.

An vero existente causa legitima tenetur Pontifex dispensare; Dixi dicto tract. 3. de legib. dis. 6. punct. 3. §. 2. Qualiter autem pro dispensatione concedenda cognitione cause requiratur, ibidem explicui punct. 15.

S. III.

Quæ expressio falsitatis, vel veritatis suppressio viet dispensationem in matrimonij impedimentis.

- 1 Semper est expiandum gradus dispensandus.
- 2 Negant plures taciturnitatem copule inter consanguineos, vel affines irritare dispensationem.
- 3 Ex qua doctrina inferior inquit Ordinarios cum dispensationem expedient interrogare dispensandos, an copulam habuerint?
- 4 Probabilior est sententia afferens mentionem esse faciendam copule.
- 5 Soluitur oppositum fundatum.
- 6 Qualiter mentio facienda est copule suis publicis, suis secretis?
- 7 Sanch. negat extendi predictam doctrinam ad eos qui impedimentum cognitionis legalis, spiritualis, vel publica honestatis legatis sunt, sed contrarium est probabilius.
- 8 Copula habita eo fine, ut facilius impetraret dispensatio, hic finis explicandus est.
- 9 Si contrarentes copulam, seu infamiam ex ea pronuentem allegant pro causa dispensationis, eamque copulam habuerint, ut faciliter possent dispensationem impetrare, obligati sunt intentionem declarare.
- 10 Alius difficultarius, quo circa hanc materiam occurrunt remissione respondetur.

DE hac questione latè egit dicto tract. de legib. dis. 6. punct. 16. §. 3. 4. & 5. Semper enim exprimi debet gradus dispensandus. Si autem essent coniuges consanguinei, vel affines in tertio gradu, & proponeretur secundus, dispensatio valida esset, quia sub secundo tertius continetur, sed non contraria: vi plures referens docet Sanch. lib. 8. dis. 24. num. 17. & 18. Gutierr. de matr. cap. 124. num. 8. & 9. Basil. lib. 8. cap. 17. num. 31. Quod si coniuges consanguinei, vel affines essent duplicitate parte, id ex stylo curia Romanae videtur explicandum necessariò, ne vitetur dispensatio, teste Sanch. lib. 8. dis. 24. n. 5. Basilio Ponce lib. 8. cap. 17. §. 5. n. 2. 5. Coninch. dub. 6. num. 8. 1. Gaspar Hurtado dis. 17. difficult. 6. Gutierr. cap. 124. num.

mero 1. & decimum referunt à Rota in nouiss. volum. 3. lib. 1. de us. 117. Et lib. 2. decit. 70. numero 1. ramessi contrarium sententia Henrici. lib. 12. cap. 10. Petri de Ledesma. vbi de matr. cap. 27. & alijs relati à Sanch. supr. Quinimò sapientia non est sufficiens explicare gradum consanguinitatis, fed occellaris explicans est qualis ut. V.g. si feminam sit amitta illius quocum nubere velistetur hanc consanguinitatis qualitatem explicare. Nam cum per matrimonium reddatur subditus, & inferior suo consobino, cui iure naturæ superior erat, iustè exigetur menio huius qualitatis dispensationem difficiliorem redditus, vt adueretur Sotus in 4. dis. 40. q. vñca. art. 3. vers. quarta dem. Molina 2.1. de iust. dis. 16. 1. vers. 16. tamens. Sanch. dis. 2. num. 12. Gutierr. de matr. cap. 124. num. 4. esto contra sentias Basilii lib. 8. cap. 17. num. 27. Ob tandem rationem, si publicæ honestatis impedimentum ex matrimonio nascatur expendum est, quia difficultas dispensatur, ut docuerunt Sanch. num. 10. Gutierr. n. 7. aduersus Basil. d. cap. 17. num. 30.

Solum superest difficultas. An taciturnitas copule inter consanguineos, vel affines irritare dispensationem confundit, vel affinitatis?

Negant irritare gravissimi Doctores. Nauart. lib. 4. consil. tit. de sponfibus. 2. in fine: alias ite de consanguinitate & affinitate. 10. in fine. Salcedo addition. ad tract. Berward. Dis. 1. cap. 12. vers. unde merito. Quand. in 4. d. 41. dis. 2. mca. art. 1. proficit. Eman. Saa. verbo dispensatio. num. 11. Henric. lib. 11. cap. 2. num. 7. Petr. de Ledesma. de marim. q. 5. 6. art. vlt. dub. difficult. 3. concil. 1. & 2. sum. vbi de matr. cap. 27. circa 1. condit. dub. 4. Rodrig. 2. sum. cap. 23. num. 8. Vega 2.3. sum. cap. 34. casu 97. Basil. Ponce lib. 8. cap. 1. §. 6. num. 32. & seqq. Gaspar Hurtado dis. 26. de matr. difficult. 5. Zevallos tract. 6. 27. num. 6. Moventur quia incestus per se non eget dispensationem, cum impedimentum non sit matrimonio contrahensio. Ex alia parte non reddit difficultorem dispensationem consanguinitatis, vel affinitatis, sed potius mouet Pontificem ad illius conclusionem. Ergo ex eius taciturnitate vitari non potest dispensatio. Nam vt tradit Glossa in cap. super litteris de scriptis, verbo lirrenus. Et ibi Felic. num. 8. Decius, num. 9. Beatus. num. 75. quoties tacetur veritas, quæ si fuisse expedita facilioreret redrederet concessionem, concessio non est subtertia censenda. Præterea copulam explicandam esse in dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis non est statuum iure scripto, vt de se constat, neque etiam coauctitudinem, & stylum plures Doctores negant, tamen alij assentient. Ergo non est ea obligatio inducenda.

Ex his inferunt prædicti Doctores iniquè Ordinarios cum dispensationem super consanguinitatem, vel affinitatem expeditum interrogare dispensandos an copulam habuerint, cum eius mentio necessaria non fuerit. Quod si aliquando in literis dispensationis apposta fuerit clausula, diuimodo copulam non habuerint, intelligi debet de copula publica & probata, secus de secreta, id est, ut si copulam habuisset, negare cum dispensatione possunt.

Nihilominus esti prædicta sententia probabilis sit, probabilem existimo, quæ asserit mentionem esse copula faciendam, faciendam inquinam, si copula publica sit in dispensationis petitione, si autem copula fuerit secreta in facta penitentia. Sic pluribus firmat Sanch. lib. 8. dis. 2. num. 8. Gutierr. lib. 1. canon. 99. cap. 1. 5. num. 1. 2. & de matr. cap. 124. in fin. Coninch. dis. 33. dub. 6. num. 8. 3. Rebello. lib. 3. de matr. q. 5. 24. Valerius Reginald. in praxi fori penitent. lib. 3. 1. num. 100. vers. simile Ludovic. Lopez instruc. conscient. 1. cap. 126. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 104. Zerola in praxi Episcop. 1. p. verbo dispensatio. §. 4. Stephanus Quaranta in summo bullarij vero matrimoniales dispensationes. num. 13. Mart. Anton. Genesius in praxi Archiepisc. curia Neapolit. cap. 2. num. 4. Nicolaus Garcia de benefic. par. 8. cap. 3. n. 31. & seqq. referente a sacra Congregatione sapientia esse becissum, qualque declarationes adducit Barbofa in rem. sib. Concl. 24. cap. 1. Mouetor, nam esti incestus soleat facilem redditum dispensationem, cum non ex malitia ad ipsam impetrandum habitus est, sed ex infirmitate: atramen facit, ut dispensatio aliter concedatur quam concedenda est, eo non habito. Quippe expresso, incepsa dispensat Pontifex penitentias aliquas iniungens, & maiorem pecuniam summam exigens, precipitque superstitio, ne aliud matrimonium ineat. At tacere veritatem, quæ expressa non soleat Pontifex codem modo dispensare, redditum dispensationem subiectum, vt late probavit dicta dis. 6. de legib. p. 16. §. 3. Et docet Sanch. lib. 8. dis. 21. 17. Ergo ex taciturnitate copula redditum dispensatio subiecta.

Neque his obest, quod ordinarii raro, vel nunquam solent interrogare dispensandos, an copulam habuerint iste Gutierr. de matr. cap. 124. numero 14. quia cum mentio illius in supplicatione facta non sit, supponunt habitam non esse. Ordinarij namque solum tenentur investigare, an preces rectitudo nitantur? Quod si aliquando hanc praesertim interrogatio

gationem vel ex officio, vel quia Pontifex in scripto apposuit clausulam, dummodo copula habita non sit, teneat dispensandi causam manifestare quantumcumque occulta sit, si forte in sacra Penitentiaria dispensationem illius non obtinerint; aut non intenderint obtinere quia ut bene inquit Sanch. dicta disp. 2, lib. num. 15. & 16. Et Gutier. num. 14. haec interrogatio non tendit ad puniendam copulam, sed ad impediendum dispensationis subreptitia cum, & matrimonium irritum quo casu tenetur dispensandi veritatem fateri, vel à dispensationi vnu desistere ut latius Sanch. lib. 3. disp. 14. num. 3.

Hinc soluit oppositum fundatum: dicimus namque ex stylo curia huius copula mentionem esse faciendam, & mentio, nam vi predictæ obligationis arcentur consanguinitati, vel affinitati, matrimoniorum contracturi ab in-estu. Neque huic stilo obstat, quod plures Doctores illum negant, cum longe plures, & grauioribus illum assertant: id enim solidum probat nostram sententiam non esse unaquaque certam, quin contra prolabitis.

Dixi mentionem esse copula faciendam in supplicatione dispensationis, quando copula publica est, quia inde nullum detrimentum dispensandis pronuntiari potius namque scandalum satisfactione. At si copula secreta sit non est credendum Pontificem velle illi uscieri publicè mentionem, quia id cederet in dispensandorum infamiam, id est quod non in supplicatione dispensationis publica, sed in sacra Penitentiaria tacito nomine contrahentium manifestari incestus debet simul cum gradu affinitatis, vel consanguinitatis, in quo Pontifex dispensavit, vel dispensatus est, ut notauit Gallego de cognat. spirit. cap. 24. num. 3. quem sequitur Sanch. lib. 3. disputat. 25. numero 11.

Sed an hæc doctrina extendenda sit ad eos, qui impedimento cognationis legalis, spiritualis, vel publicæ honestatis ligati sunt. Non conuenient Doctores. Nam Sanch. lib. 8. disp. 25. num. 9. negat eo quod copula inter hos habita non sit propriæ incestus, neque adit stylus curia de illius manifestatione. Sed contrarium probabilius censuit Gallego de cognat. spirit. cap. 24. num. 3. & seqq. Garcia de benef. 8. p. cap. 3. num. 61. vbi num. 66. refert decisiones sacra Congregatio. Ratio est, quia copula habita cum iis, qui matrimonium contrahere impeditur in reuerentiam alieius virtutis infelicia est, vel sacrilega, ut ipse Thom. Sanch. pluribus relativis tradit lib. 7. disp. 5. num. 6. & 7. At copula habita inter eos, qui impedimento cognationis spiritualis, legalis, & publicæ honestatis oblitio sunt prohibetur in reuerentiam virtutis, religionis, vel pietatis, ut ipsem Sanch. fatur num. 10. Ergo est specialis mentio illius facienda in supplicatione dispensationis horum impeditorum, sicut fit cum petitus

dispensatio impedimenti consanguinitatis, vel affinitatis. Præterea negare non possumus expressa hac copula Pontificem non eodem modo dispensationem in his impedimentis concedere, ac si expressa non fuisset. Quippe expressa copula maiorem pecuniam compositionem exigit, penitentias injungit, & superstitem prohibet, ne ad aliud matrimonium transeat: que est ratio ob quam ipse Sanch. fatur illius esse mentionem faciendam, cum imperatur dispensatio in impedimento consanguinitatis, vel affinitatis.

Quod si copula habita sit ex fine, ut facilius impetretur dispensatio: Henr. lib. 12. de matr. cap. 3. num. 8. Garcia 8. p. de benef. cap. 3. n. 95. censent, si contrahentes alias caulas pro dispensatione allegauerint non opus esse huic qualitatis copulae mentionem facere. Sed rectius contrarium centur Gutier. lib. 1. canoniz. qq. cap. 15. n. 20. Sanch. plures referens lib. 8. disp. 25. n. 18. eo quod ex stylo curia in rescriptis dispensationis in cuius supplicatione mentione copula facta est, hæc clausula apponatur, Dummodo copula habita non sit spe dispensationis facilius obtinenda.

Illi vero existimo certum, si contrahentes copulam, seu infamiam ex ea proueniens allegent pro causa dispensationis, eamque copulam habuerint, ut facilius possint dispensationem impetrare, obligatos esse eam intentionem declarare. Tum quia intentione expressa difficultus Pontifex dispensat, & grauiori penitentiâ inuncta, copiosiorique summa pecunia exactâ. Tum quia ea tacta intentione virtualiter falsum exprimitur, cum proposita copula nec declarata illius malitia censeatur ex fragilitate carnis commissa. Atque ita docent Sanch. & Gutier. supra. Garcia dicto cap. 3. num. 96. Nauarr. cap. 22. num. 86. Tolet. lib. 7. cap. 18. Rodrig. qq. regular. 2. t. 9. 46. art. 6. Rebello. 2. p. lib. 3. quæst. 1. num. 24. Probabile tamen est hanc intentionem iniquam manifestam esse debere, nam si interius tantum concepta sit, cum humanæ potestati non subdat, non videatur necessariò exprimenda, ut notauit Gaspar Hurtado. disput. 26. de matr. difficult. 5. in fine.

Supererat dicendum, An ligatus dupliei impedimento debet viriisque mentionem facere, ne subreptitia sit dispensatio. Sed de hac difficultate dixi disp. 6. de legib. p. 16. s. 4. n. 10. Item explicandæ erant clausule apponi solite in dispensationibus pro foro conscientiæ, & externo, nisi de his latè egismus d. disp. p. 1. s. 1. & 2. Item quando causa in dispensationibus allegata subsistere debet, & quando ex eius cessatione corrut dispensatio. Sed de his actum est disp. 4. de legib. vbi de priuilegiis. p. 15. id est omnia quæ huic tractatu de matrimonio desiderari poterant explicata sunt. Vtnam restet, & in Dei honore.

